

DOCUMENTOS

LOS PLEITOS COLOMBINOS

El documento que presentamos se encuentra, inédito hasta ahora, en el Archivo General de Indias de Sevilla, catalogado como tomo III, ramo 14, legajo 8 de la sección de Patronato.

Tiene 31 folios —lo que dan 62 páginas—, en papel, y carece de fecha, firma y título. Llama la atención su impecable corrección de forma, pues su letra es extremadamente cuidada. Ha resistido casi incólume el paso de los siglos.

Pertenece al conjunto llamado «Pleitos Colombinos», el contencioso que inició D. Diego Colón, el hijo de D. Cristóbal, en el año 1511 contra la Corona reclamando sus derechos, y que no terminó, en su parte principal, hasta veinticinco años después en Valladolid, tras continuas sentencias y apelaciones.

Se puede fechar entre marzo y abril de 1511, antes de la sentencia de Sevilla, el 5 de mayo de este mismo año. Es, por tanto, de la primera parte de tan largo pleito.

En él el abogado anónimo de D. Diego pretendió rebatir los argumentos esgrimidos por el Fiscal para justificar la negativa de la Corona a cumplir lo estipulado con Colón.

Estructuró el alegato defendiendo la validez de cada uno de los tres documentos básicos en las negociaciones entre los Reyes Católicos y Cristóbal Colón:

- Capitulación de Santa Fe, de 17 de abril de 1492,
- Carta merced otorgada en Granada el 30 de abril de 1492,
- Carta merced otorgada en Barcelona el 28 de mayo de 1493.

En primer lugar se defiende la validez de la carta de Granada, y a continuación la de Barcelona, llamadas «Primer Privilegio» y «Segundo Privilegio» respectivamente.

Para ello se refutan los argumentos del Fiscal tratando de demostrar lo siguiente:

— La Ley de Toledo no puede actuar contra la validez de estos contratos.

— La falta de competencia del Papa para emitir las Bulas Alejandrinas.

— La capacidad de los Reyes para disponer de las Indias.

Una vez demostrada la validez de los dos privilegios, y como soporte de ambos, se entra a analizar la «Capitulación» de Santa Fe, dejando bien claro que todo lo en ella estipulado pasa directamente a los herederos y que, por tanto, no hay que atender al Fiscal cuando dice lo contrario.

Criterios de edición

— En la Transcripción dejamos las notas tal y como aparecen en el manuscrito, de manera absolutamente literal, enmarcadas entre paréntesis.

— En la Traducción, para aligerar el texto, nos referimos a cada una de ellas con dos números entre paréntesis, y en el lugar en que aparecen: el primero indica la página en la que está, y el segundo corresponde al número de orden de notas que ocupa en dicha página.

Sevilla, mayo de 1993

TERESA VILA VILAR

//1//Cum ex parte fisci Almirantis privilegia invalida esse allegentur, succinte ad eius respondebimus argumenta, ut constituto de validitate eorundem privilegiorum apertum sit omnia quae virtute eorum dictus Almirans petit esse per Regias Maiestates ad implenda.

<PRIMUM PRIVILEGIUM>

Quoad primum privilegium concessum in civitate Granate ante quam Indie detegerentur, dicunt tribus precipuis fundamentis invalidum fuisse:

Primo, quia in eo Catholici Reges dederunt dictarum Indiarum iurisdictionem, que cum aliena tunc esset, dare eam non poterant.

Secundum, quia lex Toleti hanc iurisdictionis concessionem purficari obstitit.

Tertio, quia iusto titulo et sine peccato, absque Summi Pontificis preuia concessionem, eam ab ipsis Indis eripere non potuerunt.

Sed hanc assertionem quadruplici via refellemus, ostendendo esse falsam, turpem, non admissibilem et inutilem allegationem.

Primo, quoad falsitatem, patet quia dicta donatio qua Catholici Reges Almiranti fecerunt, licet esset de re aliena, non fuit pure facta, sed sub conditione videlicet *despues que las descubrierdes*, et huiusmodi concessionis conditionales valent de iure et obligant promittentem (argto. tex in l. liber homo la pequeña. ff. de ver. obli. et l. id quod apud hostes. ff. delega p.). Nec dici potest quod, licet donationes et contractus de futuro et de re aliena obligent et confirmantur per supervenientiam dominii (ut in l. cum vir de //2//tale predium. ff. de usucapio ubi late per Bar.), quod tamen hoc non habet locum in iurisdictione, quia exertitium iurisdictionis non venit ad legatum sine apprehensione et possessione delegantis, immo nec per supervenientiam dominii in delegantem confirmari potest iurdictio delegata, si primo invalida extiterit (secundum Bal. in l. observare .Dig. fi..ff. de offi. procon et lega.).

Nam ad hoc respondemus esse falsum per textum (in c.º abbate sane de re iud. li. 6.º), ubi donatio de futuro et de re aliena fuit facta de castro curuarie, et per supervenientiam iuris in donatorem, fuit confirmata donatio et iurdictio in donatario, quia in concessionem castri venit iurdictio (ut per Bar. in L. si quando ad fi. C. de bon. vocant. li. 1o.º. et per Bal. in L. cum multa. C. de bon que lib.), et dicta confirmatio iurisdictionis probatur expresse (per tex. in d. l. observare .Dig. fi. super quam. L. tenent doc.) quod, licet acta preterita non ratificentur bene, tamen confirmatur delegatio per supervenientiam dominii, presertim ubi intervenit confirmatio, prout in casu nostro constat intervenisse assensum et confirmationem expressam Regum et sunt verba textualia ibi clara

dum dicit: «Sed et si ante fecerit, et ingressus provinciam in eadem voluntate fuerit, credendum est videri legatum habere iurisdictionem», et sic patet iurisdictionis delegationem confirmari per supervenientiam domini sine iurisdictionis in delegantem.

Nam (Bal. ibi et doc in l. una C. qui//3// pro sua iurisd.) solum loquuntur quod non confirmatur supervenientia iurisdictionis quoad processus antea factos, sed tamen non loquuntur quoad actos futuros, et an ipsa iurisdictione confirmetur, nam quoad hoc expresse tenent omnes quod sic, prout dicit ibi textum.

Nec oberit si dicatur quod immo supervenientia domini per inventionem Indiarum nihil operata fuit quoad validitatem dicti privilegii, quia leges unus regni extenduntur ad regna noviter sibi acquisita, et sic eo ipso momento quo Indie fuerunt detecte, fuerunt legi Toleti obnoxie, que quidem lex vetat quod officia iurisdictionis possint concedi pro heredibus.

Nam ad hoc respondetur quod dicta allegatio peccat in plurimis

Primo, quia tempore inventionis Indiarum, dicte Indie non erant integre ratione contractus ante habiti, cui iam affecte erant, et sic lex non poterat se extendere ad eas quia, secundum Bar (in L. Bonorum .ff.) rem ratam haberi, semper in omni actione, requiruntur termini «a quo» et «ad quem» dispositi et integri et non impecti.

Et si dicatur quod contractus erat invalidus donec dominium Indiarum supervenisset, et quod tempore quo supervenit statim militavit lex, et exclusit contractum, respondemus quod, licet contractus fuisset invalidus quoad actum, erat tamen validus quoad spem et quoad habendum ius ad rem adimpleta conditione, et sic est verum quod terre ille non erant integre ad hoc, ut, superveniente dominio, potuisset dicta lex habere locum, nec ipsi Reges et sui successores erant liberi ad suscipiendum dictas terras absque illo onere //4//propter suam promissionem de futuro, si aliquando ipse Almirans adimpletset conditionem sibi iniunctam, quanto magis quod non eo momento quo terre invente fuerunt, leges huius regni extendabantur ad eas. Nam quando leges unius regni extenduntur ad noviter acquisita, intelligitur postquam illa fuerint reversa seu incorporata (per Bal in L. cunctos populos in 2^a col. C. de sum tri. et fi catho.). Que quidem incorporatio non fit absque plurimis solemnitatibus (per tex in L. p.^a et L. 3 et L. fi. et in Rub. C. de Bonis vacant. et de incorporatione. l. 10.^o), que quidem solemnitates in nostro casu facte non fuerunt, ut est notum, nec in actis constat de opposito.

Secundo, dicimus quod sicut poterant dicti Reges instituere maioriam de dictis Indis et dare eas secundo vel tertio filio, aut saltem dividere eas inter filios sine obstaculo d. l. Toleti et sine hoc, quod intelligerentur incorporate donec constaret de actu et voluntate incorporationis, ita est dicendum quod legis huius Regni non militabunt in dictis partibus donec constabit de incorporatione. Quin imo debebat constare de expressa voluntate Regum volentium quod leges Castelle et non leges Aragonum debebant ibi militare, quia pro utroque Regno fuerunt dicte Indie acquisite, et leges Aragonie non vetant dicta officia concedi pro successoribus, imo et si hoc etiam vetassent, deberent Reges pro regnis noviter acquisitis, exprimere se velle quod regerent per leges horum regnorum (secundum Alberi in L. si conuenerint la 2 in .Dig. si nuda .ff. de pignori act.)//5//ubi etiam tenet quod talis extensio legum debet intelligi sine preiudicio terti, et ita sine preiudicio nostri contractus.

Et sic videmus quod licet acquisitum fuit regnum napolytanum, non tamen fuit obnoxium legibus huius regni, et quandocumque civitas vel regnum regno acquiritur precedente aliquo pacto, servatur pactum et contractus. Nam hostibus servanda sunt pacta et fides (ut dicit glo. in c.º noli existimari 23.ª. 9.ª. p.ª. per tex ibi et 22.ª.9.ª.4. Innoces.). Ergo, a fortiori, servabitur pactum et conventio cum socio acquisitionis imita, qui fuit dictus Almirans.

Et corroborantur predicta quia hic, ubi concurrunt contractus et lex, magis equum est quod contractus confirmetur quam quod dispositio legis habeat locum pro re tam aliena a mente legis, ex eo quod lex non obligat principem de necessitate cum sit solutus legibus; (ut in L. digna vox. C. de ll.) contractus tamen obligat principem, iuxta ea que late tradit Jason (In L. p.ª. in prin. ff. de pact. et felinus in c.º. p.º. de proba). Imo quia contractus habet vim legis (per tex. et glo. 3.º. et Bar. L. cesar .ff. de publ.) quod etiam per plurima iura comprobatur (francisc.curt. consi 48 16. col vers).

Tum quia contractus, non est dicendum quod dicta lex, que per inductiones erat extendenda ad noviter acquisita, prevaleat contra dictum contractum qui est lex que expresse dictam opinionem et inductionem excludit, concedendo, sicut concessit, dicta officia.

Tertio, quia licet incorporate dici potuissent, hoc esset quoad partes Regum, sed pars Almirantis concessa non incorporabatur, quia//6//secundum mandati tenorem dictus Almirans invenit, et inventa fuerunt adiudicata ipsis inventori-bus, silicet Regibus et Almiranti; et sic id quod Almiranti obuenit non fuit aliter ipsis Regibus adiudicatum quam ipsi per suum contractum sibi adiudicari vo-luerunt. Legem enim contractus dat. (L. contractus .ff. de regu. iu. et Bar. in L. cesar .ff. de public.).

Unde, eo actu quo Almirans inveniebat, simul acquirebat sibi et Regibus, cuilibet pro parte sua.

Et confirmatur etiam predicta iurisdictio per aliam supervenientiam iuris. Nam post dictarum Indiarum detectionem, supervenit ipsis Regibus Summi Pon-tificis concessio, que, si ut aiunt, necessaria illis erat, causavit novum dominium, ut ex adverso allegatur, et ex tali domini supervenientia confirmatus fuit pre-dictus contractus antea cum Almirante habitus (secundum dyn in Regula non firmatur de regu. in 6).

Et si necessarium est huiusmodi confirmatio, fingitur retrahri ad tempus inventionis et apprehensionis dictarum Indiarum (per Bar. et doc. in L. fi. C. ad macedo). Imo quia dictus contractus habuit in effectu vim cuiusdam societatis, licet in ipso Almirante esset, quod non erat, inhabilitas gaudendi dicta gratia seu donatione Pontificis, gauderet tamen beneficio habitum Regum (ut est tex in L. Si communem .ff. quemad. ser. amitt.). Ex eo, quia cum ius concessum per Pontificem in predictis Indiis esset individuum, non poterat acquiri uni quin acquiriretur alteri (ut in L. una est via .ff. de ser. Rus predio). Quia, ut diximus, iam Reges non erant//7//liberi ad acquirendum dictas Indias sibi solis, presertim quod voluntas ipsorum Regum fuit communicare cum eo dictam concessionem Pape, ut patet ex tot confirmationibus illi factis post dictam Pape concessionem, cum assignatione linee et terminorum in dicta Bulla contentorum.

Sed forte ex adverso dicent quod, cum dictus contractus, secundum eos, fuit penitus inutilis, predicta Pape concessione, prodesse Almiranti non potuit quia per eandem Pape concessionem, dicta officia fuerunt huic regno incorpo-

rata, et, per consequens, predictae legis Toleti immediate obnoxia, et sic supervenientia domini non potuit confirmare dictum contractum verum.

Ad hoc argumentum per aliud simile possemus respondere, videlicet, quod cum sit verum quod ex supervenientia novii domini confirmantur pacta et concessionem prehabite, non est ratio cur, Papa concedente, non confirmetur et sumat vires dictus Almirantis contractus sicut dicta lex.

Imo, quia videntur duo contraria ex eodem actu et eodem instanti validari, quod tamen fieri non potest, afirmandum erit quod unum ex eis solum validatur, et alterum perimitur quoad illum actum iurisdictionis Indiarum, videlicet, quod dicta lex non habeat ibi locum quia prevalere adversus dictum contractum non poterit, per ea que superius contra predictam legem dicta sunt et propter plurima que sequuntur.

Primo, quia dictus contractus habet se ad dictam legem tamquam causam ad effectum, quia ab existentia contractus dependebat effectus legis, cum lex presupponat illum, nam dempto dicto contractu//8//nulle Indie detecte fuissent, et sic dicta lex eas redere non posset sibi obnoxias, ex quo cum contractus habeat prioritatem existentie et nature, ius quod illi obuenit civilis ratio perimere non debet (.Dig. minus ergo inst. de hered. que ab in texta de fer.) Et is preferendus est cuius in lucro causa tempore precedit (L. quoties utriusque ff. de regu. iur.).

Secundo, quia in dubiis sive ambiguis favorabilior causa est ut actus valeat quam ut pereat (ut in L. quoties. ff. de reb. dubiis cum aliis), maxime quando est contractus onerosus ut iste est; quapropter ¿cum nunc sit dubium an predicta lex debeat extendi ad dictas Indias, quod non est in contractu? Quia aperte loquitur merito: *contractus non peribit presertim cum lex non perimitur quoad ea pro quibus lata fuit*

Tertio, quia dum lex voluit sibi obnoxia reddere dicta officia, iam contractus erat in possessione, bona fide suscepta, et sic supervenientia domini per dictam Pape concessionem, favorabilior erat ad confirmandum contractum quem in possessione invenit quam ad tribuendum de novo vires dicte legi ut eum expelleret, et sic contra petitozem, qui est dicta lex, in tali dubio iudicari debet (.Dig. retinende inst. de interdict.)

Quarto, quia ratione dicte possessionis, ad sui ratificationem nil aliud dictus contractus spectabat quam dictam supervenientiam domini, sed ad hoc ut dicta lex vim habere potuisset, plura requirebantur media, scilicet: inventio terrarum, et assensus animi possidendi, et realis possessio, et incorporatio per actus//9//publicos et per expressam Regum iussionem, ut supra latius.

Quapropter, cum tot requirentur media ad hoc ut predicte Indie censerentur incorporate et unite taliter quod lex potuisset habere locum, manifestum est quod cum ad validitatem contractus nil aliud requirebatur quam supervenientia domini, quod fuit confirmatus antequam lex habere locum potuisset.

Quinto et ultimo, quia licet ex parte Pontificis tunc nostri Reges reciperent dictas Indias liberas, non tunc eas recipere poterant nec voluerunt, nisi illo onere institutionis officiorum et nemini invito beneficium datur (L. Invito. ff. de regu. Inr.).

Sed ne diutius rem tam manifestam per considerationes ventilemus, ipsamet Pontificem et eius concessionem consulamus, et ex ea apparebit quod approbat primam Indiarum acquisitionem et ratione tam boni operis, dicit, se moveri ad eiusdem concessionis expeditionem, ut ponderatis plurimis verbis illius

constat, cum tamen Papa non approbet ea que sunt reprehensibilia et fiunt de facto (ut in C.º omne quod 25.ª 9.ª.p.ª). Presertim, non solum non constat aliquando Pontifices interdixisse nostris Regibus huiusmodi expeditiones, verum semper consueverunt Rome solemnes indicere processiones quandocumque ali- que succedebant victorie.

Et si forte dicunt: ¿Quid ergo, Pontificem movit ut dicta concessionem faceret et Reges ut illam peterent, si illa non indigebant? Dico plurimas fuisse causas que de bene esse poterant eos movere, tum propter conscientie securi- tatem, tum propter sui iusti tituli declarationem, cum bonarum mentium sit timore culpam, ubi culpa minime reperitur (ut in c.º //10//Consilium de obser. Ie- su. et c.º ad eius vero.5.ª. dist). Abundans enim cautela non nocet sed omissio necessariorum (ut in L. testamentum C. de testa.). Maxime, ut commodius Pon- tificex providere posset in spiritualibus: illi enim competit reducere errantes a veritate (ut in clementina. p.ª. et ibi card. de Magistris).

Et comprobatur quod ad dictam Indiarum acquisitionem non indigebant dicti Reges aliqua Summi Pontificis concessione, ex eo quod reservat omnibus principibus christianis quidquid in eam diem acquisiverunt de prefactis Indis, ex qua quidem reservatione presupponit omnes potuisse licita acquisisse, et per consequens nostros Reges; et sic constat male alegatum esse ex adverso quod non poterant eas acquirere, aut quod non fuerunt rate conventiones cum Almirante facte. Nam qui concedit actum, concedit media sine quibus exequi non potest, et qui vult consequens, censetur velle necessarium antecedens (ut in L. illud. ff. de acqui heredi cum vulgatis).

Imo expresse est dicendum quod Papa voluit reservare, aut visus fuit res- servavisse, ipsi Almiranti suam partem, sicut et aliis, cum dispositio facta in uno casu porrigatur ad alium ubi non est minor ratio (L. Titius .Dig. Lucius et ibi Paul et doc. .ff. de lib. et post hu.). Et per consequens, non poterit dici quod ademit illi beneficium confirmationis contractus per supervenientiam iuris ex dicta concessione Regibus facta, nec intelligi hoc poterit, cum non sit Pon- tificis mens, communi iure aliquem privare velle, nisi apposita clausula illud exprimente (ut est tex. in L. 2.ª .Dig. merito .ff. ne quid in loco publico). Nec presumitur per suum rescriptum velle alicui damnum inferre (ut in c.º. sup. eo de off. de leg.).

//11//Immo est potius credendum, quod si super hac causa, Summus Pon- tificex interrogatus fuisset, quod non minus in ea iudicasset quam in simili iudi- cavit contra regem aragonum (in d. c.º. abbate sane de re iudic. in 6). Et ideo idem est iudicandum iuxta glossam communiter approbatam (in L. tale pactum Dig. fi. ff. de pact.).

Presertim quia hec nostra causa est multo favorabilior, quum in illa fuerit lesum ius postlimini Regum Castelle, et in hac nullum fuit lesum, in illa fuerunt castra absolute concessa, et in ista solum administratio iurisdictionis; et illa donatio fuit facta per avum acquirentis, et ista per ipsos Reges acquirentes, in illa fuit facta revocatio per eundem regem acquirentem, et ista fuit pluries con- firmata, illa fuit facta in preiudicium tertii possessoris, et ista nulli fuerat con- cessa preterquam ipsi Almiranti, illa fuit acquisita expensis et dictatu regis ara- gonum qui nolebat stare pro donatione avi, et in ista Almirans possuit partem expensarum et suo labore et industria fuit acquisitum. Denique, in illa solum acquirebantur christianis parva castra, et in ista adducti fuerunt ad gremium

Ecclesie innumeri infideles et maxima regna cum ampliacione et exaltatione totius Ecclesie.

Nec obici potest contra premissum exemplum quod est dissimile a casu nostro dicendo quod in d.c.^o abbate sane agebatur de recuperandis bonis per infideles ablatis, et quod hic absque iusta causa fit illata iniuria ipsis indis et abreptum eorum dominium, cum pacifice et sine damno nostro viverent, et cum debellatio eorum nostris Principibus non competeret aut saltem //12// requirebatur ad dictam debellationem aliqua previa Summi Pontificis concessio, et sic nec iusto titulo nec sine peccato debellari potuerunt.

Nam ad hoc quadruplici via respondet, videlicet.

<Primum>. Quod non omne illicitum tollit validitatem contractuum et effectum acquisitionum.

Secundum. Quod ipsa Indiarum acquisitio illicita non fuit, quia a veris hostibus, quod nobis competebat, recuperatum fuit.

Tertio. Quia dictarum Indiarum ius nulli tertio competebat.

Quarto. Quia dicti Reges non indigebant Summi Pontificis concessione.

Quoad primum, patet quod non omne peccatum reddit inutilem quemvis contractum, quia videmus quod in foro contentioso deceptio intra dimidium iusti pretii non invalidat contractum nec impedit effectum acquisitionis (ut in L. in causa la 2.^a .ff. de minorib.). Tamen, non hoc licet in foro anime (secundum Abb. et Ananiam post Inno. in c.^a. in civitate de usur) et etiam in foro contentioso, est licitum negociare causa lucri (ut L. 3.^a .Dig. fi .ff. de eo quod cer. loc.). Sed in foro anime, non licet emere et congregare triticum vel alias merces causa revendendi (Ita ut ea causa An nona publica carior fiat secundum Card. in c.^o. qualitas lucri de peni. dist.3.^a. per tex in c.^o. quicumq. 14.^a. 9.^a. 4.^a.). Et sic de aliis. Quapropter non est asserendum quod, si in acquisitione Indiarum intervenit peccatum, ideo fuit illicita acquisitio et contractus nullus, quanto magis quod nullum intervenit, sed potius maximum meritum propter conversionem //13// indorum ad fidem.

Quoad secundum membrum nostre responsionis, dicimus quod iure fuerunt dicti indi debellati, non ut mala paterentur, sed ut polyticam vitam sequerentur et ad Christianam Religionem provocarentur:

Primo Quia qui secundum leges nature non vivunt, merito indigent gubernatione pro bonum.

2. Quia de iure damus curatores dissipantibus et mente captis, quibus dictos indos assimilari constat.

3. Quia cum simus, saltem naturaliter, unum corpus, quodlibet membrum debet iuvare aliud membrum, et vere iuvamus eos, tamquam medicus qui dat pharmacum licet sit grave ipsi infirmo.

4. Quia quod volumus, aut saltem velle debemus, quod faciant alii nobiscum, ad illud tenemur nos cum aliis, presertim ad correctionem et instructionem, et ad ea media que sunt conducibilia ad politicam et anime salutem.

5. Quia tenemur non permittere quod scelesti et mali usurpent dominia et tyrannidem super alios, ut dicti indi faciebant.

6. Quia isti peccabant in plurimis contra nature leges absque aliqua prohibitione dictorum criminum.

7. Quia nullo iure bella prosequabantur, et non solum in bello captos comedebant, sed data opera per incursiones capiebant homines ad comedendum.

8. Quia pro similibus delictis imponitur pena servitutis personalis, multo fortius imponi poterit pena iurisdictionis.

9. Quia unum Deum non colunt, cum lumine naturali eum cognoscere potuissent.

10. Quia non minus sunt//14//temporaliter plectendi quam parvuli, qui sine baptismo decedentes eternaliter puniuntur.

11. Quia non solum Deum non colunt, sed idolis sacrificant et incantamenta et sortilegia exercent.

12. Quia cum per predicta sint feris deteriores, non plus aliquam iurisdictionem habere debent, quam ipse fere

13. Quia, per divinas sanctiones, infideles iurisdictionem non habent, sed usurpant.

14. Quia omnis iurdictio competit ipsis fidelibus.

15. Quia propter dicta, tenentur fideles ad removendam dictam iurisdictionem ab eis.

16. Quia non acquieverunt predicationi Apostolorum vel susceptam ab eis Fidem deseruerunt.

17. Quia nostros hispanos fidem illis predicantes interfecerunt, et alios semper oppugnant, et sunt veri Christianorum hostes

18. Quia est laudabile remove ab eis dictam iurisdictionem tamquam impeditiva sue salutis

19. Quia si non coguntur ad fidem, cogendi tamen sunt ad ea que ad fidem sunt, maxime cum plurimi theologi teneant parvulos iudeorum esse invitis parentibus baptizandos.

20. Quia qui non est dominus voluntatis ad interficiendum corpus suum, non debet posse interficere animam.

21. Quia qui cogit alium ut agat quod alii propter perfectionem acquirendam agunt, scilicet renunciare potestati et amplecti obedientiam, non peccat, sed meretur

22. Quia possumus eripere arma a manibus furiosi, presertim si agitur de communi malo.

23. Quia sunt cogendi desistere a malis que fidei obsunt

24. Quia Christiani possunt infidelibus vim //15//inferre, ne amplius Christianos ledant.

25. Quia laudata semper fuit debellatio infidelium, presertim in Regibus Hispanie.

26. Quia et Romanis licuit debellare ut pacem subditis prestarent.

27. Quia finis bonus laudat actum, sicut fuit bonus in acquisitione dictarum Indiarum.

28. Quia quod iudeis dominus iussit, videlicet, infideles depellere, et nobis licere credendum est, cum illis omnia in figuram contigissent.

29. Quia figura eiectionis Agar et Ismaelis per Sarram significavit eiectionem infidelium per fideles.

30. Quia sumus Christi heredes cui competit omnis iurdictio

Nec dictis obstat Innocenti auctoritas (in c.º. quod super his devoto) et eius sequacium, quia ipsi dicunt et fundant se in eo, quod sine causa non est inferendum bellum infidelibus.

Et tamen nos hic recitavimus plurimas et urgentes causas, et possent plurimis argumentis corroborari, presertim quod non constat de aliqua prohibitionem

nostris Regibus facta ut debellare huiusmodi infidelis non possint. Et si dubitari posset an dictus bellum fuerit iustum, in tali dubio est presumendum pro ipsis Regibus, nam si in iudice inferiore presumitur causa et quod iuste faciat (per tex non. in L. 2.^a.C. de offi. ciuil iud), multo magis in principe (p. Inno. in c.^o. que in ecclesiarum ex de consti.), presertim in principe qui non recognoscit superiorem, et ubi agitur de causa pia pro qua semper est eligenda favorabilior sententia (ut in L. sunt persone .ff. de religio et sumpt. funer.), nam pro parte Regia stat religionis ampliatio et salus animarum//16//que ex huiusmodi conquesta supervenit et contra tenentes oppositam opinionem, possemus dicere illud Paralipomenon 19: *Impio prebes auxilium et his qui dominum oderunt amicitia iungeris*

Quoad tertiam responsionem, qua diximus quod nullius tertii ius fuit lesum in acquisitione dictarum Indiarum, patet quia, si ab ipsis indis potuit et debuit auferre, ut visum fuit, nulli alteri competeat earum iurisdictio, quia, vel competeat alicui ex aliquo particulari iure quod ad ipsas Indias habebat, vel ex aliquo generali quia dominium temporale totius mundi ei competeat, ut nonnulli asserunt de Imperatoribus, sed nullum istorum dici potest, ergo et extra(?).

Et probatur primum, quia nullus hereditario iure vel ex possessione vel donatione vel electione fuit dominus particularis dictarum Indiarum, nec auditum unquam fuit, ergo et extra(?).

Nec minus dici potest quod alicui competeat in generali totius orbis iurisdictio Nam vel compereret illi ex divina vel naturali vel humana institutione, sed nullum istorum dici potest

Et patet, primo, quoad divinam, quia nullibi in tota Sacra Scriptura reperitur quod sit concessum hoc universale dominium ac iurisdictio. Imo ex eadem Sacra Scriptura, plurimis auctoritatibus comprobatur quod semper fuerunt plurimi reges et potestates, et quod ex divino precepto erat illis obediendum (per Apostolum ad Rom. 13.^o et p.^a. Petri 2.^o). Ergo cum unaqueque gens tenebantur obedire suis regibus, nullus solus hanc universalem iurisditionem sibi ascribere poterit.

//17//Nec minus dici potest quod naturali ratione competit alicui dicta universalis iurisdictio, quia natura dedit superioritatem et correctionem filiorum patribus aut propinquioribus sanguine, vel in defectu habilitatis illorum, dedit dictam superioritatem eis qui essent ceteris paribus situ propinquiores, unde videmus quod insule intra centum miliaria situ fiunt provincie vicinioris, et que in flumine nascuntur, fiunt illius qui fundum ad proximiorum ripam habuerit Nam vicinitas multum in similibus confert (per Inno. in c.^o. licet ex suscepto de foro competent).

Ex quibus patet quod naturali ratione nullus preferri debet nostris Regibus quoad ius dictarum Indiarum, presertim cum natura semper eligat ea que magis idonea pro suis effectibus sunt, prout elegit in presenti casu; et sic per preventionem preferuntur nostri Reges reliquis regibus, quia quandoque consequimur «excipiendo» quod «agendo» petere non possumus (.ff. de nego gest. L. 3 .Dig. pupillus)

Et sic, licet antea unusquisque potuisset acquirere dictas Indias, hoc eis nunc non licet, quia repellerentur exceptione a Regibus inuentoribus

Nec etiam dici poterit quod secundum iura civilia dicte Indie competant alteri quam predictis Catholicis Regibus, quia ius civile non potest plus virum habere quam quod a naturali equitate, et ratione, vel divina voluntate, illi obue-

nit, sed ab his nullam habet vim ad hoc, ut dictum orbis dominium alicui tribuere possit, ut visum fuit. Nec minus poterit aliquis temporalis dominus concedere huiusmodi civile ius sive legem aut decretum quo totus orbis fiat unius domini, quia quaecumque leges non fundantur //18//in naturali equitate vel ratione seu in divinis preceptis nullo modo ligare possunt preter illos qui subsunt ipsi conditori, et hoc potius per viam tyrannidis, quam per vim legis, quia vera lex non a vi, sed ab equitate, ut diximus, robur sumere debet (ut tenet S. Thomas p.^a. 2.^a. 9.^a.90. ulti. art. et habetur in .Dig. erit autem lex 4.^a. dist. ex quibus licet); quod leges Regum vel Imperatorum, non ligabunt nisi quos subditos actu vel iusto titulo habuerint. Sed cum indi numquam actu vel aliquo titulo subditi fuerint alicuius Principis Christiani nec Imperatoris, clarum est quod nullus poterit pretendere ius ad eorum dominium, etiam si aliquibus legibus sancitum sit quod totus mundus alicui subsit, quia ut diximus, ille leges non possunt ligare gentes non sibi unquam subditas, vel Reges non recognoscentes superiorem, prout sunt Reges Hispanie.

Et quia hoc fundatur in mera naturali ratione standum est huic sententiae, et non opinioni aliquorum, cum nec ipsius Pape opinionem standum sit, si ratione non constat (secundum Hosti in c.^o. pastoralis ex de decimis glo. et doc. in L. pc.^a. C. de ll.).

Presertim quando tales leges sunt condite in utilitatem ipsius conditoris, quia tunc nullo modo habebunt vim cum competant illis verba ipsi Joanni 8.^o: *si ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est*. Et sic, si aliquis se dominum totius universi appellet, dominium suum nihil est nec se extendit nisi ad ea que hereditario iure sibi obveniunt, aut per viam electionis suscepit.

Sed electio non fit nisi pro eis qui eligunt vel pro eis a quibus data fuit eligendi potestas, quia nemo potest transferre in alium plus quam//19//ipse habet (ut in L. traditio .ff. de acqui rer. domi). Quam quidem potestatem nunquam indi Romanis dederunt ut eligerent imperatorem pro se, nec Romani potuerunt eligere nisi pro terris sibi subiectis, ut latius explicat Oldrado (consi 69) in quo tam aperte hanc materiam discutit.

Ut qui est amicus libertatis hispanice, hoc consilium aureis literis transcribi, imo in pectore suo infigi curare debet, cum in illo ostendat Imperatorem nullo modo dominum universalem esse, et quod Hispanie Reges possunt acquirere alia regna absque dicti Imperatoris licentia vel assensu.

Imo etsi leges que ad comunem utilitatem condite sunt respicere voluerimus, et non eas que ad proprium commodum, vel honorem conditorum sunt late, aperte videbimus quod dicte Indie, iure, sunt nostrorum Regum et non alicuius alterius, quia si, ut in principio diximus, res hostium possumus legare vel concedere si aliquando nostre fuerunt, poterimus etiam eas acquirere (ut in d.c.^o. Abbate sane de re. iudi.). Et quia reges non recognoscentes superiores sunt Imperatores in regno suo (ut non Bal. in l. exemplo. C. de proba.) ut sunt Reges Hispanie (per glo. in c.^o. Adrianus el 2.^o. 63.^a dist), et possunt indicere bellum, et capta in bello fiunt sua (per Inno. c.^o. sicut de iure ju. et per Oldra consi. 70.^o) dum modo sit iustum, ut supra probatum fuit dictum Indorum bellum iustum fuisse.

Et facit etiam quod, cum Indorum iurisdictio nulli nec ipsis Indis competeat, facta fuit primi occupantis (arg.^o. l. transfugam ff. de acqui rer. domi et L. adeo .Dig. insula et L. quod enim et L. ergo si insula .ff. Si ea ti.) Quanto magis quod, si huiusmodi//20//acquirendi potestatem dictis Regibus demere vo-

luissemus, nullus haberet verum titulum eorum regnorum que de presenti habet, quia non fuerunt illis emanata dicta regna auctoritate Imperii, sed iure hereditario, vel electionis, aut acquisitionis armorum vi atque potentia.

Et hoc precipue dici potent de Regibus Hispanie, qui, ex eo quia armorum vi et potentia eruerunt ista regna a faucibus infidelium sine licentia Imperatoris, non solum ea sibi quesierunt, verum exemptionem contra ipsum Imperatorem consequuti sunt (ut in dicta glo c. Adrianus), unde colligitur quod eadem ratione potuerunt acquirere dictas Indias.

Quoad quartam responsionem, qua diximus quod non indigebant nostri Reges aliqua Summi Pontificis concessione, patet quia in tali casu oporteret quod Papa esset dominus orbis, et haberet omnimodam iurisdictionem in temporalibus, sed hanc non habet a Deo nec ab hominibus, ergo et extra(?).

Et quod ab hominibus eam non habeat ex se constat, quia nusquam reperitur quod eam illi dederint, nec etiam Deus illi eam dedit, cum nil plus Pontifices habere possint quam Petro concessum a Christo fuit, cui quidem Petro in particulari nec in generali nusquam in Sacra Scriptura reperitur datum preter claves Regni Celorum, et ligandi et solvendi potestatem, ac pascendi oves; et semper tam ipsi quam omnibus Apostolis invenimus ab eodem Domino, fuisse interdicta omnia terrena et solum spiritualia promissa, et illud idem in se ipso servavisse, nunquam aliquod temporale dominium sibi vendicando, sed potius respuendo et //21//abnegando suum regnum esse de hoc mundo (secundum Sto. Thomam 3.^a parte 9.^a. sg arti 2.^o et 4.^o).

Licet habitu totius mundi superioritatem Christus habuerit, actu tamen exercere noluit, quia venit ut salvos nos faceret, et non ut temporalibus rebus dominaretur; et licet Mathæi ultimo dixerit: *data est mihi omnis potestas*, immediate tamen, ut non crederent Apostoli quod de terrena potestate seu imperio loquebatur, subiunxit. *euntes ergo in mundum predicate* et cetera Sed non dixit. «sumite regna vel imperia», et ideo Marci 10 dixit discipulis: *qui videntur imperare gentibus dominium exercent adversus illas, et qui magnates inter eas, potestatem exercent in illas, verum non sic erit inter vos* et cetera.

Preterea, non solum in Evangelium non constat dictam iurisdictionem temporalem datam fuisse Summo Pontifici, verum nec ex aliqua auctoritate, vel figura Veteris Testamenti elici potest quod dicta iurisdictione ei competat, sed potius probatur oppositum, tam per Aaron, quam per Aleazarum Pontifices et levitas. Unde cum a Veteri et a Novo Testamento huiusmodi potestatem illi concessam fuisse doctores non videant, nullam eum habere affirmant (ut late per Iasonem in L. id quod apud hostes .ff.delega. p.^o. et Bal. in L. 2.^a.6.^a.9.^a.de servit et merito) quia ut dixit Apostolus ad Titum (Timoteum) 2.^o «Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus», sed nemo magis Deo militare debet quam Papa.

Ergo et extra(?).

Quapropter circa iurisdictiones et dominia temporalia, si non fuerit ad evitanda scandala, et in rebus concernentibus peccatum, minime intrmittere se debet, et hoc cum maxima causa (ut in c.^o.causam qui filii sint legit et per Abb. in c.^o.venerabilem p.^a col. de electio), quia temporalia illi non competunt (ut 5.^o si duobus in glo. fi de appell et c.^o quo iure 8. dist.), et si aliquid sibi//22//dominium adiudicant, hoc est in Italia (96 dist c^o Constantinus).

Ex quibus omnibus est concludendum quod Summus Pontifex solum potest se intrmittere sicut iudex ad cognoscendum de eis que concernunt peccatum,

et non sicut dominus ad donandum vel concedendum, quia pastor est, et pascere significat administrationem gubernationis et non domini proprietatem, unde errant dicentes: «Christus hoc potuit ergo Papa», quia non debemus equiparare Papam Christo, sed solum dicere quod habet illud quod Christus voluit illi dare, scilicet vicariatum quoad regendas oves. Sed vicarii vel pastores ovium non sunt domini earum nec lactis aut lane vel pascuorum, sed solum custodes, et per consequens, nec Papa est dominus bonorum fidelium nec etiam infidelium, cum illi non sunt subditi, ex eo, quia dicit Christus. *pasce oves meas*, et postea subiungit: *sed alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili* etc., quibus omnibus assentiens ipse Primus Vicarius Petrus (p.^a Petri 2.^o), dum loqueretur de iurisdictione temporalis, ait: *subditi igitur estote omni humane creature sive regi tamquam excellenti sive ducibus tamquam ab eo missis*, (sup. quibus verbis tex. in c.^o solite de maiorta et obed.) Ait: *non negamus qui precellat Imperator in temporalibus* etc., ergo si precellit, Papa non est dominus, et (in c.^o novit de iudi) protestatur se nolle introumittere circa iurisdictionem et alia temporalia que regi Francie competebant.

Patet ergo ex premissis quod cum Papa non sit dominus sed veluti iudex eorum que concernunt peccatum, quod potius est dicendum, quod concessio dictis Regibus per eum facta non fuit dare//23//aliquid ex suo, sed ostendere prefatos Catholicos Reges iure acquisivisse dictas Indias, et sine peccato eas possidere, et quod voluit eos in sua possessione protegere et dignos tali conquesta declarare, licet verba instrumenti donationem sonent. Nam sic declarat et confirmat Imperatorem (per Card. Clem. p.^a de iure in tex. et Doc. et Abb. in c.^o venerabilem de elect.), sed non instituit illum, nec dat illi iurisdictionem veluti suam. Quem quidem sensum ex inspectione predictis Pontificis donationis, aperte constat esse verum ex plurimis in ea contentis.

Preterea, <1>. Si fuit donatio, debebat esse de re propria et non de aliena, sed nunquam dicte Indie fuerunt numerate inter ea que sunt Ecclesie patrimonium.

2. Quia in preiudicium suorum successorum, tradere eas non potuisset, cum nec parvas civitates tradere debuit (ut in c.^o non licet Pape 12.^a 9.^a 2.^a). Presertim quod in similibus alienationibus requiruntur plurime solemnitates, prout assensus Consistorii Cardinalium (in c.^o ex gentis de cleri non residem et c.^o p.^o et ibi Abb. de his que fiunt a prelatis). Imo, non solum donare tam lata regna, sed infeudare parvas civitates non poterat sine dicti Consistorii convocatione (secundum Bal. in L. pc. C. de bon. quelib.) et cum non fuisset retenta aliqua recognitio feudi, ipso iure esset nulla dicta donatio (ut in c.^o sine exceptione. 12.^a 9.^a 2.^a et in c.^o p.^o de reb. eccesie. non alie.).

3. Quia si fuisset vera donatio, fuisset facta in preiudicium omnium christianorum, quibus non minus competere poterat detegere alias terras et convertere ad Fidem alias gentes, et sic in preiudicium aliorum, facere eam non//24//poterat, nec ipsi obedire tenebantur (c.^o si dominus 11.^a 9.^a 3.^a cum c.^o sequeti et c.^o non semp. ead. cam. et 9.^a).

Nam adiudicando ipsis Regibus acquisita per eos, nulli nocebat, et concedendo proprio motu, videbat acceptor personarum contra illud Apostoli ad Romanos 2.^o, et ad Ephesios 6.^o, et tunc dicerent subreptitiam (secundum Bal. in L. nec avus C. de emancip. liber.). Et plurimis rationibus probassent esse nullam:

1. Quia prius debebat monere dictos Indos ut parerent evangelio et desisterent a suis sceleribus (per Inno. in c.^o quod super his de voto ultima col. vers. item licet).

2. Quia licet essent criminosi, hoc Pape non constabat, ut ex dicta donatione liquet, et sic, veluti res acta sine cause cognitione, fuisset nulla (secundum Bar. et Jaso. per tex. ibi et L. cum hi .Dig. vult igitur .ff. de transact.). Nam cause cognitio precedere debet actum, et non sufficit subsequatur (per glo. et ibi Non. per Doct. in c.º.p.º. de offi. deleg. in 6.º).

3. Quia cum Pontifex et sui officiales essent hispani, et amici reddit magis susceptam dictam donationem (per tex. in c.º. accedens el.2.º. ut lite non constet et L. veluti ff. de insti. et iur.).

4. Quia ad hoc quod dicta donatio sortiretur effectum, tenebantur ipsi Reges adimplere conditiones sibi iunctas de convertendo et benigne tratando dictas gentes (ut in c.º. cum dilecta de rescript. et 5.º pisanis de resti. spoli.).

Denique, ultra predicta, patet quod non habuit vim donationis quia dicta Catholici Reges nunquam usi fuerunt ea adversus regem Portugallie, cum quo fuerunt coacti dividere dictarum Indiarum conquestam, licet nunc ex adverso tantam vim eam contra nos habere velint//25//ut possimus fateri cum Angel de Peru. (in L. numquam plura. ff. de privat delict. in fi.) quod *dicta donatio est sicut aranearum retia que non comprehendunt nisi parva animalia.*

Quo ad tertiam <secundam> nostram responsionem, dicimus quod allegare Reges non potuisse concedere ea que sua non erant et quod nullo iure et cum peccato ea acquisiverunt, est turpis allegatio.

Quidem turpitudine constat habito respectu ad personas Regias quorum nomine fit, et habito respectu ad personam Admirantis contra quem fit, et ad fraudulenta media quibus fit, et ad finem iniquum in quem fit, ut latus in sequentibus patebit. Turpe namque et absurdum est, nomine tam Catholicorum Principum, qui dia iura presumuntur habere in scrinio pectoris (ut in L. omnium c. de testa.), allegare quod voluissent invadere aliquam rem contra ius, cum invasio sit delictum (ut in L. in vasor et L. auctoritatem et in L. si quis in tanta c.), unde vi et nemo presumitur delinquere, sed suo iure uti (ut L. merito .ff. pro socio), presertim tam Catholici Reges qui, in dubio, semper presumuntur iustum bellum indicere (iuxta non. in l. prescriptione et L. fi. c. si cost. ius vel util public.).

Nec huiusmodi allegatio carere potest vicio ingratitude ex parte allegantis, habito etiam respectu ad personam contra quem fit, scilicet contra Admirantem, qui est bene meritus illius concessionis que, licet facta non fuisset velque facta fuit non tenuisset, de novo fieri deberet, cum Principes teneantur ad remunerationem servitiorum (secundum Inno. et Anchar. per tex. in c.º. grandi. de splend. neglig. prelat. in 6.º. et Bal. in L. tubemus in prin.//26// C. de sacro sanct. ecclesie).

Quapropter non caret etiam vicio calumnie, et calumnia interveniente reiicienda a iudicibus quevis allegatio est (per Inno. in c.º. p.º. de off. vica. et Bal. in L. 2.º. C. ut nemo privatus et tenent Doc. in c.º. examinata de iud. per glo. in L. qui cum maior .Dig. si patris .ff. de bon. libert.).

Et vincitur dicta calumnia, quia cum Admirans adimplevit ex parte sua, et Reges sine aliquo obstaculo possunt adimplere id quod promississent, certum est quod non fit predicta allegatio nisi causa subterfugiendi, et ideo est a iudice reiicienda tamquam calumniosa (per Feli. in c.º. ex parte el. 2.º. de off. delega. per tex. et ibi glo. et Abba. et Doc. in c.º. suscitata de integ. Restitu.).

Et dicta calumnia et turpitudine confirmantur ex eo quod nolunt quicquid restituere dictis Indis, aut alicui alteri qui ius ad eas habere pretendat. Nam

tales merito potuissent agere in iudicio, et Principes tenerentur ad estimationem rei (ut in L. bene a Zenone C. de quadriem preser. secundum Fel. in c.º. que in ecclesiarum de consti. 9 col. inver. p.ª. declaratio). Quapropter cum iuste cause dicte allegationis essent, non poterit quis nomine regio allegare suam vel quasi suam turpitudinem, ut proprium factum rescindat (secundum Bal. in L. si creditoribus c. de ser. pig. dat man. in prin. et facit L. Simon fortem .Dig. si filius et ibi Bar. .ff. de condi inde. et L. per fundum et ibi flo. de servitu urb. predio).

Preterea non caret turpitudine dicta allegatio ex modo et mediis quibus fit, quia in principio Capitulationis antequam dicte Indie detegerentur, ipsi Reges dixerunt esse suas ut Almirans//27//crederet verbis eorum, et postea dum adimplere promissa tenentur, pretendunt dictam contradictoriam evasionem, scilicet negando esse suas quod alleganti prodesse non debet. Nam allegans contraria non est audiendus. (ut in L. p.ª.C.de furt et in auctam item possessor C. 9.ª potio in pig. habe. et in c.º sollicitudinem de apell.). Presertim quando allegat assertive et copulative et non conditionaliter, ut in casu nostro, quo casu etiam excipiendi non debet audiri allegans contraria (secundum Bal. in d. L. p.ª.4 col.vers circa secundum c. de furt).

Nec obstat dicere quod illa verba fuerunt enunciativa, cum verba enunciativa Principis inducant dispositionem (ut in Clem. p.ª. de proba.), adeo ut probatio in contrarium admitti non possit (secundum glo. et Doc. ibi et per Fel. in c.º. cum a nobis de tex. 2 colu.). Maxime quod illa verba non sunt prolata incidenter, sed propter se principaliter et sic inducunt dispositionem (per tex. ibi Bar. et Doc. in L. ex hac scriptura .ff.de donati.). Et quia sunt emissa per modum cause, in quo casu inducunt dispositionem (secundum Bar. et Bal. per tex. ibi in L. emptor .Dig. ancilla .ff. de rei vendi et Iasonem in L. ex his verbis c. de testa milit). Quanto magis quod sunt verba asservativa, ut patet in illis verbis in principio dicte Capitulationis contentis, que dicunt: *como señores que son* etc.

Nec huiusmodi allegatio contradictoria fieri potest agendo sed nec excipiendi (per Ioann. et Abb. in c.º. inter dilectos de donati). Presertim quando allegans turpitudinem facit concessionem scienter et ei qui recipit ignoranter, et ei qui tractat de damno vitando (ut dicit idem Abb in c.º. cum super de concest. prebend) Maxime quod fiscus non allegat ut reus sed ut actor//28//per viam reconventionis, quo casu habetur pro actore (ut est tex in L. p.ª ff.de exceptio et glo. in verbo experiri in c. dispendia .Dig. reus quoque de rescript. in 6.º Reconuenit .n) Fiscus cum annullari privilegia pretendit, et ea que Almirans possidet, illi auferri expostulat

Item cum ius quod per primam acquisitionem dicti Reges acquisiverunt, nullus sibi actenus vendicaverit, sed ipse fiscus, ut socium acquisitionis excludat, vult nunc in alterum, scilicet in Pontificem, transferre. Certum est esse quandam alienationem que fieri non poterit (per L. nemo cum glo. in ver. alienare .ff. pro soto) et talis alienatio non se eximit a dolo (per Bar in L. item si res .Dig. item que fieri Dig. de alie iud. mut. cause facta). Nec obest dicere quod dicta glo excipit fiscum, nam exceptio est pro venditione in utilitatem utriusque partis.

Nam, licet Princeps possit rem communem, invito socio, alienare, tenetur tamen ad pretium (per Fel. in c.º. que in ecclesiarum de consti in 17.º col. vers 6.ª declaratio n.º. 51.). Et sic non poterit alienare in fraudem sui socii ut aliud

pro se acquirat ius, cum tamen id quod nostrum est ex una causa, amplius non potest effici nostrum ex alia (ut in L. id quod nostrum .ff. de regu. iur. et in L. 3.^a in .Dig. ex pluribus ff. de acqui. poss.).

Nec bona fides, quam in acquisitione et pacifica retentione semper habuerunt, permittit nunc eos eximi a dolo per huiusmodi allegationem, cum bone fidei possessor habeatur loco domini (per glo. Bal. et Doc. in L. quidam in suo ff. de condit. insti. vers. ult.). Nam bona fides titulum facit (secundum Bal. in L. fi. //29//oppo. vers. Item quod ad bonam c. de edict. di. Adri. toll).

Et in tantum dicta bona fides prodest Almiranti in possessione, quam simul cum ipsius Regibus per dictum Primum Privilegium habet, ut non solum per exceptionem, sed neque per actionem, sine aperta probatione, ledere eum fiscus posset per dictam alienationem sui iuris (ut late notat Barth. sonci. consi. 181 parte 2.^a vers. his tantum non obstat et Philipp. corne. consi. 90 in secunda parte).

Quoad tertiam responsionem qua diximus non esse admissibilem allegationem, patet quia, si est verum ut ex adverso allegatur quod Indie non sunt nostrorum Regum ex eo quod eas invenerunt, etiam est verum quod non sunt sue ex eo quod Papa eas illis concessit, ut supra probatum fuit, et sic dicti Reges remanerent sine iusto titulo, et quia ex hoc maxima lesio eis eveniret, audiendus eorum procurator non est. (L. ignorantis de procurato). Nam alii reges niterentur sumere partem dictarum Indiarum, nam actenus potius continuerunt se ratione iuris Regum acquisiti per inventionem Indiarum, quam ratione concessionis per Pontificem ipsis Catholicis Regibus factam, ut patet in supra posito exemplo regis Portugallie.

Maxime quod in tam gravi casu sicut est renuntiare iuri acquisitionis Indiarum, et in quo agitur de tam magno periculo ipsorum Regum, et de diminutione status, requiritur non solum speciale mandatum fisci (secundum Inno. in c.^o. super his de accusa quem sequitur imo per tex. ibi in Clem. non potest de procu.), sed etiam requiritur specialis commissio cause iudicibus pro hac re facta (per tex. in c.^o. sedes de rescript.), et esset necessaria intimatio ipsi Principi de cuius damno agitur, et non posset expediri eo ignorante (ut in d. l. ignorantis). Quia officialis ut Almirans est, non potest conveniri omisso domino proprietario rei (ut in L. 2.^a c. ubi in rem actio et in c.^o. quoniam frequenter .Dig. quod si super rebus ut lice non constet et in aucta qua in punia //30//C ubi de crimi. agi. oportet).

Quoad quartam et ultimam responsionem dicimus quod patet esse inutilem allegationem dicere: «non teneor dare tibi dictam iurisdictionem quia non potui acquirere dictas Indias» vel «quia acquisivi eas isto vel illo modo», cum satis sit Almiranti quod habeant et possideant eas quocumque modo voluerint. Nam ille qui promittit ratione alicuius facti, vel industrie, vel laboris sibi impensi, vel impendendi sub aliqua conditione, adimpleta conditione, tenetur (prescript. verb. per text. sing. et ibi Doc. in L. naturalis. Dig. quod si faciam .ff. de prescript. verb. et L. cum nota c. de transact.).

Et ideo cum Reges illi promisserunt dictam iurisdictionem ut detegeret dictas Indias, prout detexit, tenentur nunc adimplere promissa. Et si aliquo casu tunc non potuissent adimplere, tenerentur exhibere omnem conatum ut adimplere possint. Et constato de impossibilitate, tenerentur ad equivalentem recompensam (per tex. in d. l. naturalis. Dig. at cum do in fi. in vers. sed si dedi tibi servum). Et ratio est quia non possunt nec debent fraudare aliquem labore suo,

presertim quando is cui promissio facta fuit, passus est incommoda, quo casu, etiam si promittens non lucretur, tenetur actione de dolo (secundum Bar. et Bal. in L. eleganter. Dig. servus pactionis .ff. de dolo Bal. in d.L. cum mota c. de transact.)

Et patet ratio a fortiori; quia si dicta promissio esset facta alicui pro alio opere diverso, ab ipsa discooperatione tenerentur dicti Reges ad promissa. Puta, si dixissent uni: «invade illam provinciam Turcorum et dabimus tibi prefecturam prime insule per nos acquirende» ¿quid oberit per predicta iura, quod si ille implevit ex parte sua, non possit petere ab ipsis Regibus dictam gubernationem cuiusvis insule quam invenerint, et cuius dominium habuerint, sine obstaculo predictae evasionis quam fiscus contra Almirantem pretendit? Nam//31//responderet ille: » ¿quid ad me? sat est quod habes eam et es in potentia ut adimplere possis promissum», secundum regulam que dicit: *qui potest facere ut possit conditioni parere, iam posse videtur* (.ff. de regu. iu. L. Qui potest et is natura debet quem iure gentium dare oportet cuius fidem sequuti sumus. L. cum amplius eo ti.). Maxime quod cum esses Rex, tibi incumbat scire an poteras adimplere ea que promittebas. Nam, aut predictam rem dabas ut tuam, et quilibet presumitur scire patrimonium suum atque vires cuiusdam (ut in L. quisquis C. de rescind. verid.), aut dabas sicut alienum, et tunc sub conditione poteras eam dare (ut in d.c. Abbate sane et d. l id quod apud hostes). Et cum esses Rex in cuius pectore omnia iura recondita sunt (ut in d.l. omnium c. de testa.) non potest allegare ignorantiam neque facti, neque iuris, maxime quia in facto proprio non est tolerabilis ignorantia (ut in L. quamquam .ff. ad Beltianum) Et per consequens donatario non incumbabat, nisi exequi sibi a rege commissa, et postulari tempus in quo sibi adimpleri possent, prout de presenti dicti Reges cum effectu adimplere possunt, cum assertioni Principis sit credendum (ut in Clem. p.^a.de probat.).

Et fundantur predicta de iure, quia si alius tertius evinceret ab Almirante aliquid de promissis, tenerentur Reges de evictione; ergo non poterunt ipsi impugnare dictum Almirantem, quin repelli possint exceptione per regulam: quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio (ut in L. vendicantem .ff. de evictio et per glo. et Doc. in L. cum a matre.C. de rei vendi). Et quod teneantur de evictione patet, quia si concessio Almiranti facta fuit donatio, cum non inciperet a traditione, sed a preambula promissione, est notum donatores teneri de evictione, etiam cesante dolo (secundum glo. et Doc. in L. p.^a.C. de iure doti.).

Et si non fuit donatio sed contractus//32//innominatus, tenentur etiam de evictione (per tex. singul. quem ibi commendat Jason. in iure gentium in prin. vers et ideo .ff. de pact.).

Imo et si sit donatio mixta in contractu innominato, quod esse potest (L. aristo. ff. de donati) tenebuntur etiam de evictione, nam sub simplicibus continetur mixtum seu compositum (secundum glo. et Doc. in Dig. omnium iusti de actio) maxime cum in utroque simplici habeat locum evictio, ut supra.

Preterea etsi dicta donatio non incepisset prout incepit, a promissione, sed a traditione, nihilominus tenerentur de evictione propter dolum, quia vel sciebant, vel scire debebant, quod non erant sua ea que promittebant (ut in C^o inter cetera de prebend. per tex. iuncta glo. in d. L. aristo.). Et casu quod propter conditionem personarum non daretur actio de dolo, competit tamen actio in factum locum eius ut compellantur adimplere (secundum glo. in d.L. p.^a C de

iure dest. pro qua est tex in L. non debet .ff. de dolo ne ex de dolo suo lucent ut in L. re ex dolo eo ti.). Que quidem actio de dolo vel in factum nomine eius datur etiam contra heredem quoniam ad heredem res peruenit ut adimpleat (ut in L. in heredem eo ti.), maxime quando ex ea re locupletior factus est, ut dicit textum ibi, quo casu actio de dolo perpetua erit et non annalis (ut in L. itaque eo titulo. et facit in comprobationem tex. in L. si cum mihi eo ti. ubi probatur secundum Bal). Quod qui non observat promissa impediendo donatarium uti promissione, tenetur actione de dolo. Quod procedit, nedum quando pactum inducit obligationem naturalem et civilem, verum etiam quando solum naturalem, causatam ex consensu nudo. (ut in L. eleganter. Dig. servus .ff. ea ti.). Et comprobantur premissa per textum optimum (in L. pure .Dig. si donavi .ff. de doli except.) ubi singulariter probatur, quod si ille qui mihi donavit, vidit me edificare vel//33//aliquid agere in re donata et non prohibuit, si ex post facto velit prohibere allegando donationem esse nullam, non est ferendus, imo repellendus exceptione doli (et idem probat tex. in L. cum vir .ff. eo ti.).

Ex quibus patet quod, et si dicti Reges per acquisitionem dictarum Indiarum per Almirantem primo factum, vel per Summi Pontificis donationem, non habuissent integram dictarum Indiarum dominium, tenebantur illud sibi procurare, ad effectum ut ex parte sua adimplerent conditionem cum dicto Almirante positam, ut dictum fuit, sine eo quod possint nunc dicere vel allegare quod non erant sue tempore concessionis vel Inventionis, vel quod non acquisiverunt eas iusto titulo, et alias tenerentur illi de evictione, ut probatum est.

Per consequens cum iam dictas Indias habeant, nullo modo resilire poterunt ab impletione promissorum.

SECUNDUM PRIVILEGIUM

Viso qualiter Primum Privilegium validum existit, veniemus nunc ad explicationem validitatis Secundi, quod fuit datum in civitate Barchinonensi, postquam dicte Indie fuerant iam detecte et per Summum Pontificem Regibus nostris concessa.

Ad cuius apertorem corroboracionem, 4 precipua partis adverse argumenta suo ordine referemus ac diluemus.

Primo, enim, dicunt, quod per dictum Privilegium Reges concesserunt dictarum Indiarum iurisdictionem, que, cum per Summum Pontificem huic regno concessa et incorporata erat, concedi non poterat

Sed ad hoc fundamentum respondemus quod Papam non spectabat concedere dictas Indias veluti suas, sed solum approbare acquisitionem illarum, ut late superius probatum fuit. Item dicimus//34//quod, licet Pape concessio valida et necessaria ad dictarum Indiarum acquisitionem fuisset, non, tamen, per ipsam ius Almirantis invalidatur, imo per supervenientiam domini corroborantur ea que prius illi concessa fuerant, et fecit ipsos Reges dominos, ut potuerint contrahere vel concedere quod voluerint, ut superius late probatum fuit.

Preterea, cum sit falsum quod per dictam Pape concessionem fuerant dicte Indie huic regno incorporate, non minus erit falsum quod immediate post dictam Pape concessionem, fuerunt legibus huius regni obnoxie.

Et patet falsitas incorporationis quia quod adhuc ipsi Reges non habebant, nisi per spem tantum incorporatum, dici non potest, imo, si habuissent ius et

titulum in re, et non solam spem, non propterea incorporate dici poterant, nam aliud est acquisitio, et aliud incorporatio (ut in rub. c. de bon. vacan. et de incorporatione li. 10 que loquitur per copulam et de cuius natura est significare diversitatem copulatorum, secundum glo. et Doc. in rub.^a. ff. de iur. et fact. Igno. et per l. p. et 3 et fi. iuncta Glo. eo ti.). Ubi dicitur quod, licet bona sint delata vel pertineant ad fiscum, non dicuntur incorporata quousque fiat incorporatio cum solemnitatibus que ibi per texta et Glosa et Doc. explicantur (unde dicit Lucas de Pena Ric. eo ti.). Quod post devolutionem iuris, necessarium est factum per quod fiscus possessionem realiter assequatur, et ideo dicit rubrica et de incorporatione. Nam licet dominium transeat in fiscum ipso iure, non tamen transit possessio sine apprehensione actuali (secundum Io. de Platea in L. pe. C. de bon. vacan. et glo. et Bar. in L. commissa. ff. de public. et vertig.).

Rursus non prodest fisco allegare quod fuerunt dicte Indie incorporate, cum in actis non constet de tali incorporatione, //35//que, ut in supra allegatis legibus, fieri debet precedente preconne et instructione eorum de cuius damno agi poterat (secundum Plat. in L. prohibitum. C. de iure fisci l. 10). Et per consequens, leges huius regni non poterant se extendere ad dictas Indias, quia prius requirebatur possessio et incorporatio (secundum Bal. in L. cunctos populos in 2.^a col. C. de fum. tri. et fid. Catho.). Nam leges comprehendere non possunt ea que incorporata non sunt (ut in c.^o. fi. de consti. li. 6.^o et L. extra territorium ff. de iurisd. on. iud.).

Nec obest si dicatur quod, si dicta lex non se extendebat ad terras que nondum erant detecte, licet per Pontificem fuissent concesse, quod illud idem dici poterit de ipsis privilegiis, et quod eo tempore et momento quo detegebantur, incorporabantur huic regno, et sic vigeat lex et non erat locus contractui

Nam contra hoc satis dictum fuit, dum hoc argumentum fuit superius formatum contra Primum Privilegium. Quanto magis quod presuponitur falsum dum dicit quod, tempore Detectionis incorporantur, cum, in superius dictum fuit, dicta incorporatio fieri non possit absque plurimis mediis.

Quoad secundum fundamentum ex adversa factum contra dictum Secundum Privilegium, per quod dicebant quod in Pape concessionem fuerant successores vocati, et in eorum preiudicium dicti Reges non poterant dictam gratiam concedere, respondemus, quod eodem onere recipiunt omnes reges a suis maioribus omnia regna, sed nihilominus ex causa, non solum possunt creare vicarios perpetuos, sed transferre et alienare utile dominium, remanente penes eos diruta (ut tenet Bal. in c.^o. uno de nam. feud. et Bar. et Angel. in s. plane. L. prohibere. ff. quod vi aut. Clam.).

//36//Nec est dubium quod successores in regno obligantur ex contractibus predecessorum (L. cum a matre et ibi Bar. C. de rei vendi). Nec possunt revocare factum defuncti (L. successores et ibi Bal. C. de solut), precipue quando sunt facte nomine dignitatis (per Bar. in d. Dig. plane et idem voluit specu in ti. de instruc. edit. Dig. nunc autem in fi. pro quibus vide Lucam de Pena in L. 2. in 4. col. C. de fund. rei priva. li. 11.^o dicens quod ille qui habet concessionem potest agere ad hoc actione personali ex contractu adversus successorem in dignitate per tex. in c.^o. p.^o. de solutio. Et facit exemplum a simili de concessionem feudali vel sub fidelitate ut ista fuit quia valet irrevocabilem. Bal. in d.c.^o. p.^a. de nam. feud.).

Preterea non nocet nominatio successorum in concessionem Pontificia, quia nominatio heredum reputatur de iure superflua (ut est tex. nobilis in L. cum

qui ita in Dig. p.º .ff. de verb. oblig. quem tex. commendat. Bar. in L. stipulatio ista .Dig. si quesita eo ti.)

Quanto magis, quod etsi predicta iura non tenerent, sat est probavisse quod dicto Pontifici non competeat facere dictam donationem in temporalibus, et quod licet competere posset, non ex eo incorporate fuerunt dicte Indie huic regno. Imo si incorporate fuissent, non tamen ex eo dicta lex aliquem haberet vigorem, ut ex sequenti responsione apparebit.

Quoad tertium argumentum ex adverso factum super vi legis Toleti adversus dicta Privilegia, dicimus quod, cum ex una parte habeatur dicta lex et ex alia dictus contractus ab eodem Principe et autore dicte legis emanatus, non est dubium quin reduci debeant ad concordiam (per specu. ti. de actore .Dig. cp.º). Verum, quoniam, nam si interpretatio debet fieri ut res valeat//37//et non pereat (per non.in c.º. inter dilectos de fide instru.), quanto magis hoc debet fieri in rescriptis Principum, et huiusmodi interpretatio erit si utrumque rescriptum adseruetur in eum finem et usum pro quo fuit constitutum, et custodiatur illis quorum intuitu constituitur; puta, ut lex Toleti que intuitu procuratorum huius regni facta fuit, eis custodiatur. Et contractus Almiranti, cuius intuitu celebratus fuit, asseruetur, presertim quod dicta lex nec verbo aut mente instituentis et petentis, fuit instituta pro tam longinquis regionibus, et ea solum nocere debent que expressa sunt (L. expressa .ff. de regu. iur). Et lex indistincte loquens, potest restringi causa evitandi absurdi (per Bar. in L. furti .Dig. pactus .ff. de his qui not. in fa. et in L. conventiculam. C. de episc. et Clem. Clem. literas et Clem. auditor de rescript.). Nam sepe leges caluniarentur, et possent trahi ad diversos effectus prout quisque presumeret (per specu. de advocatis. /sequenter vers. item caveat) Et sic per cavillosas interpretationes, inferri posset iniuria tertio, pro ut nunc, extendendo dictam legem ad non cogitata tempore quo ipsa condebatur, cum fieri non possit (ut in c.º. dudum. el 28 de electi in fi. et in L. qui cum tutoribus .Dig. fi. .ff. de transact.)

Quapropter, licet dicta lex Toleti prohibeat in presenti et in futurum concedi alicui officia perpetua, non tamen potest intelligi quod loquatur nisi de subiecta materia (L. si uno in prin. et ibi Bar. .ff. de locat. Bal. in Rub. C. de contrahen. empt. 9,9ª.), et per consequens, non loquitur neque habet locum lex nisi in casibus in ea comprehensis (per Bal. aucta cui Relictum 4 col. c. de in dict. vidui toll.), neque loquitur de incogitatis, quia leges non fiunt de his qua raro accidunt. (l. ex his et l. nam ad ea .ff. de ll.) Nam quod raro fit, sicut etiam vetus sapientia docet, non observant legislatores, sed quod fit plerumque//38//et respiciunt et medentur. (Verba sunt aucte, ut sine prohibitione matres .Dig. quia vero coll. 7.)

Preterea ad hoc, ut dicta Lex Toleti non interpretatur ut ex adverso interpretatur, non solum obstat dictum rescriptum «Almirantis privilegia», sed ipsorum Regum sanctio. Nam in eodem Ordinatione (li. p.º ti. 4.ºL. 2.ª), cum voluerant constituere modum legum condendarum et sensum et substantiam earum, dixerunt:

deve la ley ser manifesta, que todo ome la pueda entender, e que ninguno por ella reciba engaño, e que sea conveniente a la tierra y al tiempo, y sea onesta, derecha, e provechosa

Que quidem qualitates non solum non verificarentur in dicta lege Toleti, si intelligeretur eo modo ut ex adverso nituntur eam interpretari, verum omnia in oppositum sequerentur, et ad iniquitatem omnino dicta lex deduceretur.

Et patet quoad primum eius membrum, quia dicti Reges qui eam conderunt, non fecerunt eam *manifestam* dicto Almiranti, cum presumatur quod recordabantur de ea. (L. item queritur .Dig. si falso et in L. sed adest .Dig. p.^a. ff. locati). Nec potest imputari culpa dicto Almiranti, quia potius debebat moneri per ipsos Reges contrahentes, quam aliquid investigari (argto. tex. in s. p.^a. Dig. venditor .ff. de actio empt. et vend.). Nec etiam poterit ei imputari lata culpa, cum late culpe sit non intelligere id quod omnes intelligunt. (L. late culpe .ff. de verb. et refigni.) Presertim cum esset forensis unde dicitur quod statuta non ligant forensem. (Bal. in L. cunctos populos ante pe. Col. C. de foro tri et fid. Catho est tex et ibi Abb. in c.^o. A nobis desentem. ex com.)

2. Non verificaretur illud quod dicit *que ninguno por ella reciba engaño*, quia maxima fraus et dolus inferretur dicto Almiranti, cum confisus promissionibus Regum, excluderetur per novam et extortam legis extensionem (argto tex in L. nulla iuris ratio .ff. de ll.) //39// Nam ratio quare per legem Toleti prohibetur officiorum alienatio, est ne quesita alienentur, que cessat in nostro casu, quia per possessionem officiorum non alienantur quesita, sed multa regna que Reges non possi debant, de novo eis acquiruntur

3 Quia non esset *conveniens patrie*, ut dicit lex quod debet esse Nam intellecta ut ipsi volunt, non potuissent tunc dicti Reges concedere dicto Almiranti prefatam iurisdictionem, et per consequens ipse Almirans non inservivisset, nec dedisset eis predictas Indias, et sic caruisset hoc regnum tam magno beneficio quod a dictis Indiis sibi provenit

4. Non esset *conveniens tempori*, nam licet tempori quo dicta lex condita fuit pro hoc regno, fuit congrua talis institutio, non tamen erat congrua pro tempore quo dicte Indie detegebantur, quia dilacerantur et diripiuntur ab illis qui, ut mercenarii, omnia vastant, cum, tamen, si Almirans ea gubernasset, omnia fuissent optime ordinata; et ideo pro illo tempore magis indigebant dicte terre perpetuo amico qui sublevasset populos et eos converteret, quam annuali direptore qui omnia vastaret, ut, dico, bonis eorum ditaretur. Nam tempore quo in aliquo regno omnia sunt feliciter et bene disposita, non requiritur nisi conservatio in illo statu, et hunc effectum melius exequitur qui parvo tempore laborat.

Sed qui debet ex sterili reducere ad fertilitatem; requirit longum tempus, et quod speret mercedem vel utilitatem ex suo labore. Sed quia hoc annales magistratus non spectant in dictis Indiis, non eque bene eas reducant ad fertilitatem, prout faciet Almirans, qui sperat fructum precipere pro se et successoribus, ut experientia docuit in illis partibus, quia illa que ipse regebat floruerunt, et alia omnia fuerunt devastata per dictos annuales magistratus.

5. Non esset lex *honestas*, sed iniqua //40// et inhonesta, quia per eam nuntur ex adverso eripere id quod dicti Reges dederunt, et non remunerare tam magna beneficia qualia receperunt

6. Nec esset *recta*, quia quod rectum est non flectitur nec se inclinat ad malum, nec appetit prestare uni per cavillationem quod alteri per iustum laborem competit; cum iuris preceptum sit alterum non ledere, et iustum unicuique tribuere (ut in L. iustitia. ff. de iusti. et iur. et .Dig. iuris precepta insti. eo ti.).

7. Nec esset *utilis*, quia verum utilitatis instrumentum dicitur in regno illa lex que unicuique tribuit et conservat quod suum est, nam ex honesta uniuscuiusque membri utilitate resultat vera utilitas capitis seu regis ac regni. Nam rex in subditorum utilitate ditari censetur.

Unde est concludendum quod omnes dicte qualitates in prefata lege 2.^a recitate, opposito modo verificarentur in dicta lege Toleti, si, ut ex adverso allegatur, per eius distortam interpretationem, dicta privilegia inconcussa non manerent (contra non per Card. et Doc. in c.^o erit autem lex. 4 dist. et contra dictamen rationis per Bar. in L. in ambiguo vers. Item hec lex .ff. de reb. dub.).

Qua propter lex que equior apparet amplecti debet, cum leges que loquuntur de equitate, intelliguntur corrigere alias leges que sunt de rigore contrarie (per glo. in L. cotem .ff. de public. per L. placuit .ff. de iudic.).

Preterea, licet dicta lex prohibeat quod officia regni dentur pro heredibus, non tamen prohibet quod Reges non possint contrahere et inire pacta et conventiones super eis que regni non sunt; nam alias non potuissent cum aliquo rege inire pacta super debellatione maurorum aut infidelium, nec dividere acquisita secundum rationem et exigentiam sumptuum et laborum con//41//trahentium, quod esset nimium deviare ab intentione legum, cum tamen ratio legis sit anima legis (ut l. cum pater .Dig. dulcissimis .ff. delega. 2.^o et L. non dubium. C. de ll.)

Et tribuere similem intellectum dicte legi esset ultra omnem rationem, cum non solum pacta inire cum sociis Reges possint, sed concedere acquirenda ad libitum, ut in principio huius informationis probatum fuit per d.c. Abbate sane, cum aliis iuribus ibi allegatis.

Insuper, licet dicta lex Toleti posset extendi ad officia noviter acquisita in dictis Indiis taliter quod concedi non potuerint, non est dubium quod hoc intelligitur si fuissent concessa per meram donationem, sed non causa remunerationis, quia remunerandi causa, non solum res noviter acquisite, sed etiam ille que sunt regno incorporate possunt alienari (ut L. Aquilius Regulus .ff. de donat. et in c.^o per tuas de donat. et in c.^o relatum el 2.^o de testa. et Doc. super L. iubemus nulli C. de sacrosanto eccles. principis. n. Beneficia non subiacent iuri politico. c.^o proposuit cum ibi non ex. de concessio prebend.). Tanta namque est vis remuneratorie donationis, ut non possit per ingratitude revocari (ut in L. si pater .Dig. si quis alatrunculis .ff. de donatio). Nam remuneratoria donatio non est donatio, sed quedam permutatio (per Bar. in pro he .ff. vete. per tex. in L. sed et fi. .ff. de petitio heredita.).

Nec obest si dicatur quod, licet possit alienari res Imperii causa remunerationis, quod hoc est vetitum per dictam particularem legem Toleti, que, ut est peculiaris huic regno, sic absque exceptione est observanda.

Nam ad hoc respondetur quod non potest hec lex habere plures vires pro hoc regno, quam habent leges comunes pro Imperio, nam idem iuris esse debet de parte quoad partem, quod est //42//de toto quoad totum (in L. que de tota .ff. de rei vendi.)

Nec potest non pati illas exceptiones quas leges communes patiuntur, cum sint fundate in mera naturali ratione et equitate. Et quando ab hac equitate aliqua lex deviat, vel ab ea aliquam legem nitimur detorquere, non censetur lex, sed tyrannis.

Quapropter, cum causa remunerationis possint castra et urbes Imperii in feudari et alienari (per Bal. in L. p.^a.C. si plur. una senten. con. in pe. col. et est tex. in c.^o nos Romanorum de pace constan. in usib. feud.), non minus ob eadem causam poterunt nostri Reges aliqua officia concedere, imo et castra, pro ut in regno Granate et in regno napolitano concesserunt

Ex quo videtur in dicta lege non fuisse eorum mens se ligare ad non concedendum propter benemerita, presertim de noviter acquisitis.

Neque ad predicta impedit interpretatio ex adverso super dictam legem Toleti facta, dicendo quod dicta lex expresse excludit remunerationem servitorum.

Nam respondetur quod ipsa non loquitur in remunerationem servitorum cum dicat: *Aunque suenen ser dadas por meritos o servicios las tales mercedes.*

Quasi velint Reges ibi dicere quod talia merita non presumantur, nec probentur, quia illa lex non excludit remunerationem, sed assertionem tantum. Et ideo dixit: *aunque suenen ser fechas*, sed non dicit «aunque sean fechas por servicios» (ut non. Ange. Alex. et aliis in L. si donatione. C. de coll. post. glo. ibi ex ratione). Quia quando quis non potest facere actum libere, sed cum certa qualitate, tunc, neque confessio eiusdem qualitatis, neque assertio aliquid operant, et requeritur probatio vera (ut est tex. ibi Bar. in L. si forte ff. de castrens. pecul. et in L. qui testamentum .ff. de//43//probat. et late Jason in d. L. si donatione.).

Quanto magis quod dispositio legis Toleti extenditur solum ad gratias factas, ut patet manifeste. Quia ubi in fine loquitur de gratiis fiendis, non exprimit remunerationes, nec aliquo modo se astringit ad non remunerandum.

Et ideo, licet dicta lex corroborata sit cum aliquibus non obstantis, non tamen usi fuerunt in ea dicti Reges clausulis de proprio motu et certa scientia ac plenitudine potestatis. Et ratio fuit ut, si quid constituere vel agere voluissent, non videretur sibi dempta facultas, cum eam licet voluissent demere sibi potuissent, cum ut dictum est *Reges sint legibus soluti et non possint sibi vel successorum imponere legem a qua non liceat discedere* (ut est tex. et ibi Bar. in L. humanum. C. de ll.).

Imo et si aliquid in predictis esset dubium, in tali casu esset contra fiscum interpretandum, maxime in casu quo agitur, super remuneratione tam magni servitii (iuxta l. non puto .ff. de iure fisci.). Nam beneficium principis contra eundem interpretandum est (c.º olim de verb. signi et c.º dilecti de donati. et L. beneficium iuncta glo. p.ª ff. de consti. princ.).

Absurdum enim et temerarium reputat lex privilegia principum, per astutam quandam interpretationem, non ad augmentum sed ad diminutionem velle subvertere (L. fi de prepo. agen. in reb. li. 12.º). Quam quidem diminutionem et interpretationem si in obscuris fugere debemus, quanto magis ubi contractus et privilegia apertissime loquuntur, qui quidem contractus cum habeant vim legis, ut dictum est, et sint posteriores dicta lege Toleti, abrogaverunt eam, etiam si expresse loqueretur de dictis Indiis (per L. sed et posteriores .ff. de ll. et est tex. in c.º.p.ª. de consti. li. 6.º) Nam quod principi//44//placuit legis habet vigorem (Inst. de iure nat. gent. et civili. Dig. Sed et quod et L. p.ª. ff. de consti. princip. et Bal. in L. p.ª. Dig. libellaria pc. col. de pace constan. in usib. feud. nam secundum Inno. post Paulum in Clem. p.ª ad fi. de sepult.) In privilegiis rescriptis et constitutionibus sufficit constare de voluntate principis derogantis alteri dispositioni, licet non fiat mentio individua (et facit tex. in L. omnes c. de prescript. 30.º vel 40.º annorum quem non Bald. et Angelus dicit meliorem de corpore iuris). Nam voluntas Pape vel Imperatoris est pro ratione vel pro lege (Clem. 2.ª et ibi Card. in prin. de appell. Clem. p.ª. et ibi Card. de immunita eccless. glo. in Clem. fi de senten. excom. 9.ª 9.ª.3.ª. cuncta et per principalem.). Et ideo Papa nuda voluntate tollit ius positivum, (d. Clem. p.ª. et ibi Card.)

Princeps, enim, in positivis tantam habet potestatem, quod potest moveri sola voluntate (per Inno c.^o cum ad monasterium in vers. Item licet conditori de statu monacho). Adeo quod eius voluntas extenditur quoad preterita, ut habiantur pro infectis que facta sunt virtute sue constitutionis (ut per glo. et Car. in Clem. p.^a. in vers. infectis de immu. eccless.)

Et predicta precipue habent locum ubi in rescripto principis sunt clausule de proprio motu et certa scientia, et de plenitudine potestatis, ut in dicto nostro privilegio habentur, nam tunc non est locus dubitationi vel coniecturis cum sit exequenda Principis dispositio prout in ea continetur.

Clausula namque de proprio motu tollit vicium subreptionis et confirmat actum, presertim in his in quibus Princeps habet plenam notitiam, ut fuit in casu nostro (ut est lex et ibi omnes in c.^o. si proprio motu de preben. in 6 et tradit Bal. in L. fi de crim. sacril. et est tex. in Clem. si Romanus de prebend.), et operatur//45//derogationem omnium obstantium, sine alia clausula derogatoria vel sine clausula non obstante (secundum Bal. in L. omnes in prin. C. de quadri prescrip).

Et clausula ex certa scientia operatur quod rescriptum valeat quod alias non valeret (per glo. in c.^o. de ad hec de rescript. et per glo. in Clem. et si principalis vers. officialis et glo. fi. eo ti.), nam suplet defectum solemnitatis (per Bal. in L. nullus c. ad L. Jul. maiest. per ex. ibi et Inno. in c.^o cum oporteat ad fi de accus.), et habet vim clausule non obstante tali lege (per glosam in L. fi in glo. fi prope fi. C. si contra ius vel uti publ. et per Io. an in c.^o unico de exces. prelat. li. 6.^o Innovalta). Et sunt iura expressa (in L. idem Ulpianus scribit .Dig. fi de excu. tuto et in L. quidam consulebat .ff. de re iud et late per Bal. in L. fi in p.^a col. in fi. C. de senten. rescind. non pos.). Presertim quando Princeps aliquid disponit contra ius legis tantum, et non contra ius nature, ut quando concedit regalia (ita Bal. eleganter in prelude. feud. in vers aliqua prope finem). Nam in his que sunt iuris positivi semper in Principe presumitur iusta causa, modo rescribat contra ius vel preter ius. Et sic semper videtur derogare et tollere omnia obstantia (per Iasonem in L. si testamentum C. de testa.), presertim ubi Princeps narrat factum, vel in casu nostro, quia tunc non presumitur male informatus, nec per subreptionem informatus, quia ubi est certa scientia non est error (secundum Bar. et omnes in L. sed et si quis .Dig. fi ff. si quis caution et idem Bar. in L. fi. .Dig. pe .ff. de condit. in deb.) Quapropter in privilegiis operatur ut nemo possit dicere concedenti: «cur ita facis» (secundum Bal. in prelude feud. 12.^a col. vers aliqua et specul. ti. delega. .Dig. nunc ostendemus vers.//46//57. 89 per tex. iuncta glo. in c.^o. quam vis depend. dist. 3.^a) Et de virtute huius clausule, multa ponit Iason (in L. rescripta C. de precib. impp offer. p.^a. col.), ubi ostendit quod rescriptum cum tali clausula operatur ut nihil obstare possit quominus contenta in eo valeant.

Et quando adiungitur clausula de plenitudine potestatis, prout in dictis privilegiis adiuncta fuit, suplet defectus iuris positivi (ut tenet Card. in Clem. 2.^a .Dig. ceterum de re iud.). Que quidem clausula de plenitudine potestatis et arbitrii, nulli necessitati est subiecta nullisque iuris regulis limitata. Et in Principe est sedes libertatis (secundum Fran. curt. consi. 48 col. 12. et consi. 49.^o col. 33.^a. circa prim et 62 circa medium et consi. 65 col. 15 et in 9. col. dicit), quod per istam clausulam potest Princeps defensionem de iure civili auferre.

Et sic est concludendum quod, licet de iure positivo per dictam legem Toleti sit introductum quod non detur iurisdicatio pro heredibus, tamen talis

prohibitio etiam si extendi potuerit ad insularum officia et ad predictum contractum, est manifeste sublata ex vigore dictarum clausularum, sine eo quod expresse derogetur dicte legi, et sine obstaculo cuius vis alterius allegationis que in contrarium fieri posset.

Nec obest dicere quod dicte clausule fuerunt derogate per dictam legem Toleti, nam, licet per eam derogentur non obstantie et clausule derogatorie rescriptorum, non tamen derogantur nec excipiunt clausule de proprio motu et certa scientia et plenitudine potestatis. Nam magnum discrimen est dicendo «derogamus omnes non obstantias», vel «derogamus nostram potestatem», quia derogando non obstantias anihilant quod factum est, sed derogando//47//suam potestatem de futuro solum per legem positivam ledunt se ipsos et suam auctoritatem, cum semper debeat remanere penes Regem plenitudo potestatis, presertim in eis que facere voluerit motu proprio vel ex certa scientia. Non enim possunt sibi legem imponere a qua recedere eis non liceat dum apponunt dictas clausulas, quum sint sufficientes ad derogandum omne ius positivum, ut colligitur ex supradictis iuribus (et per ea que dixit Archid. in summa 25.^a 9.^a 2. et in c.^o ulti. in glo. pe. de rescript. in 6.^o). Imo potest fieri derogatio primarum clausularum in specie, per ultimas clausulas in genere (ut probat Alex. consi. 215 inci. nec. arguendi 6.^a col. in vers. octavo fortificantur 2.^o volu quod omnino videatur et hoc etiam respondetur ad L. 3.^a ti. 9 li. 5.^o ordinamentorum). Ubi prohibentur fieri per Reges donationes, etiam ab remuneratione, et etiam respondetur (contra. L. p. eo ti) per quam prohibetur donare extraneis. Maxime quod ibi loquitur de pura donatione et non de contractu, et loquitur respectu proprietatis dum dicit *ciudades villas y castillos* etc, et hic non agimus nisi de administratione officiorum

Nec etiam obstat si dicatur quod dicte clausule fuerunt apposite magis ex consuetudine quam ex mente Principis, quia illud idem dici posset contra quodcumque rescriptum ubi tales clausule haberentur, et sic in nullo rescripto habent vim. Quanto magis quod ista fuit causa gravis et nimium cum Regibus agitata, et, in similibus, opponi debent similes clausule ne frustratoria talia rescripta allegari forte possent (ut non Iacobi de S. Georgio in tractatu feud. in vers. in feudum p.^a col.).

In quorum confirmationem quero an pro firmitate dictorum privilegiorum requirebantur dicte clausule vel non:

— si non requirebantur bene sequitur quod non nocebit fuisse//48//appositas, quia superabundans cautela non nocet, sed ommissio necessariorum (ut in L. testamentum c. de testa).

— Et si forte requirebantur, sequeretur esse malle allegatum dicere quod sunt posite de consuetudine, cum de necessitate apponi debuerunt, quod quidem argumentum concordat cum verbis (Bal in L. fi. c. senten. rescind. non posse in p.^a col. in fi.), ubi dicit quod clausula de plenitudine potestatis non debet apponi in rescripto ubi sit gratia alicui sine preiudicio alterius, quia tunc non est necessaria, sed debet apponi ubi alicui fit preiudicium et est res que cum difficultate conceditur, quanto magis quod esset ridiculum verba Principis essentialia in contractu posita dicere, quod sunt apposita per consuetudinem, et quod ideo non habent vigorem. Cum etsi in dubio verti posset an apponi deberent vel ne, esset interpretandum contra ipsum concedentem qui eas apposuit (ut in L. veteribus. ff. de pact.), maxime in donatione et contractu, in quo ex parte beneficiati sunt merita equalia et maiora ipsis gratis et concessionibus.

Quoad 4. obiectum per quod ex adverso dicebant quod fuit hec immensa et nociva donatio, et quod poterat revocari aut modificari, respondetur quod hec allegatio presupponit 4 falsas propositiones:

Primum. Quod sit donatio, cum fuerit contractus.

Secundum. Quod sit immensa, cum fuerit commensurata ipsius almirantis mentis et servitiis.

Tertium. Quod sit nociva, cum fuerit utilissima.

Quartum. Quod possit revocari aut modificari, cum sit firmissima et nullo iure possit violari.

Ut in sequentibus singulatim tangemus:

Quoad primum, quod non sit donatio sed contractus, patet ex diffinitione donationis. Nam donari dicitur, quod nullo iure cogente conceditur (.ff. de regu. in L. Donari.). Et dona, precipue, sunt//49//que nulla necessitate iuris officii, sed sponte prestantur, que si non prestantur, nulla reprehensio est (L. munus proprie .ff. de verb. et rer. signi.). Que quidem diffinitiones non congruunt casui nostro, cum per conventionem et precedentem contractum fuerunt dicto Almiranti concessa, eaque ratione suorum privilegiorum sibi competunt.

Nec dici potest non fuisse contractum sed donationem vel privilegium, nam in rescriptis Principum potius est advertenda natura et substantia scripture, quam verba vel nomina (per tex. in L. insulam. ff. de prescript. verb. et ibi non per Bar. et Doc. in L. si tam augusti .ff. de servitu in ti. generali et Bal. in L. qui se patris in ante pe. col. vers.).

Et hoc scias, ait, quod non obstante verbo *indulgemus*, est contractus irrevocabilis quandocumque Princeps recipit pecuniam vel factum quod est commensurable cum concessione. Et sic, cum in privilegiis Almirantis sepe dicant: *Porque aveis de descubrir. y porque aveis descubierto. y esperamos que descubrireis. y despues que aais descubierto...*, aperte constat omnia esse conditionalia, et quod volebant prius recipere quam aliquid dare, et, per consequens, est manifestum quod fuit contractus et non privilegium.

Quoad secundam responsionem, quod non sit immensa donatio, patet habito respectu ad mentem concedentium, et ad merita recipientis. Nam mens concedentium fuit ut, cum nihil in dictis Indiis haberent nisi per intercessionem dicti Almirantis, quod etiam concederent ei certam portionem ex eis que mediante labore et industria illius obtinebat. Et sic cum ipse fecit quod dicti Reges habeant quicquid habent in dictis Indiis, merito in omnibus illis fuit remuneratus, et huiusmodi remuneratio semper est commensurata suis meritis et augmento, quod ex eisdem meritis pervenit//50//nostris Regibus et regno. Unde licet in latis et magnis terris competit illi administrare iurisdictionem, sic in eis, per operam dicti Almirantis, competit dictis Regibus esse dominos et habere cum tamque vicarium, prout alium vel alios de necessitate habere tenebantur.

Unde non potest dici immensa donatio nisi prius confiteamur quod fuit inmensum servicium.

Quoad tertiam responsionem patet quod non sunt nociva dicta privilegia propter dictam immensitatem servitii, quia si illa dicti Reges non concessissent, Almirans non illis, sed alteri regi dictas Indias dedisset, et sic potius debent dici utilissima quam nociva.

Presertim quod si vocamus nocivum quod ille sit substitutus in regendis tam latis regnis, etiam dicemus quod est nocivum quod ipsi Reges sint domini tantorum regnorum, maxime quod non habeant superiorem qui eos coercere

posset, sicut habet Almirans, qui si male regit, punietur ab ipsis Regibus sicut alii officiales puniri possent, et ideo non refert quid ex equipollentibus fiat (L. fideicommissa .Dig. si cui .ff. de lega. 3.º. et L. Julianus ait .ff. de conditi et de monst.).

Preterea allegare quod aliqua res seu concessio incipit esse nociva, intelligitur quando aliquis casus emergit qui fuit inopinatus tempore quo facta fuit talis concessio. Sed si a principio idem casus erit qui nunc est, non potest allegari nocivus (ut in L. si pro iuncta glo. p.ª.C. mandati). Quapropter, cum in nostro casu Almirans nil aliud petat nisi id quod in principio illi aperte promissum et concessum fuit, non potest de presenti talis promissio dici quod incipit esse nociva. Nam certum est quod ipsi Reges sciebant quod Almirans volebat discooperire insulas et terram firmem etc., et nihilominus voluerunt in omnibus eum instituere virregem //51//etc. Ergo apertum est quod nil inopinatum nunc emergit cuius pretexto dicant quod dicta privilegia incipiunt esse nociva.

Preterea, ¿quo calore aut veritate dici potest quod dicta privilegia sunt nociva, et quod ideo sunt revocabilia vel modificabilia, cum per eas, nostra Fides plurimum dilatetur et sit summa ratio que pro Religione facit? (ut in L. sunt persone .ff. de religio et sumpt. funes).

2. Ratione publice utilitatis que pervenit huic regno (ut expresse tenet Jo. de Plate. in L. fi. C. de locat. pred. fisc. li. 11.º. per tex. in auctam de non. alienam aut permu. reb. eccless. Dig. si minus).

3. Ratione necessitatis quam hec regna sine dictis Indiis passa fuissent, cum tamen ob necessitatem vitandam prohibita alienare fiunt alienabilia (ut in l. p.ª. ff. de fund. Dota et in L. alienationis .ff. famil. hercis.).

4. Quia non lesit dicta donatio, imo etsi parum lederet, revocari non posset (secundum Inno et Abba. in c.º intellectam de iure iu.).

5. Quia fuit facta de rebus sterilibus que revocari non possunt (per tex. in c.º ad aures de reb. eccless. non alienam et L. quicumque la 2.ª. et ibi Bar. et Platea c. de omni agro de fer. li. 11.º.6.º).

6. Quia precessit servitium commensuratum donationi, et quando hoc constat intervenisse revocari non potest (per Ja. and. in Rub. spec. de reb. eccless. non alie et Alex. consi. 33.º. p.ª. parte per glo. 12.ª.9.ª.2.ª. si quis et L. Aquilius .ff. de donationibus).

Quoad quartam responsionem, quod hoc privilegium non poterit revocari vel modificari patet, quia licet in gratuitis donationibus habeat locum dicta allegatio, non tamen habebit locum in donatione remuneratoria qualis est nostra que, nec revocari nec modificari potest (ut tenet Nicola de//52// Clatesillanis in l. p.ª.C. de inst. C. comp. et Jo. Lup. in repetitione c. per vestras de donat. in .Dig. 50.º. limita 2.ª. in 2.ª. col. ubi allegat bonum tex. in L. p. ff. de dona). Ubi est casus quod ex casis ex quibus donatio potest revocari (de quibus in L. fi. C. de revocand. donatio).

Si est donatio remuneratoria non potest revocari.

Imo etsi donatio remuneratoria potuisset modificari, non tamen in nostro casu haberet locum, quia est contractus onerosus et in huiusmodi contractu standum est conditionibus apposis in eo, cum habeantur loco legis, presertim dum sit cum Principe (ut in d. l. donationes C. de donat. inter vir et uxo.). Et cum sit contractus conditionalis, ubi sequuto complemento ex parte unius, oritur actio prescriptis verbis, ut ex parte alterius adimpleatur.(f. explatit et in L.

Rebus C. de rer. permut.). Non enim Imperator potest auferre ius quesitum alteri ex contractu sine causa (Doc. et Angel iuncta glo. in L. cotem ferro Dig. agri publici .ff. de publi.), nec habet locum penitentia. (L. si pecuniam .ff. de condic. ob. caus. dato.), quia licet re integra habere potuisset locum, non tamen sequi complemento ex una parte (ut in d.l. explatio.).

Maxime quod etsi leges sint in manu Regum, non tamen contractus, quia Princeps non solum naturaliter, sed civiliter cum privato contrahendo obligatur (l. sicut ab initio C. de act. et oblig. et L. ratas C. de rescind. vend. et L. Cesar .ff. de public. ubi late per Bar.) Neque ad rescindendum contractum presumitur in Principe iusta causa (per Feli. in c.º. que in ecclesiarum de consti. 20.ª col. vers. limitatur secundo n.º62 et per Jaso in L. si testamentum 2.ª col. C. de testa. vers. si tam solutionem pbo.). Et hoc maxime est verum, quando talis contractus est celebratus cum non subdito, ut in casu nostro, //53// quia tunc nullo modo potest rescindi (per eundem Feli. ubi 9 et per Jaso in fi. col. vers. limita quod in principe). Maxime in casu nostro, in quo Almirans plus egit ex parte sua quam dicti Reges, nam ipsi solum prestiterunt un quento de maravedies, et Almirans non solum ex suo posuit reliquam partem pecuniarum, ut dicti Reges confitentur in quandam cedula data Metine del Campo 12 junii 1497, sed ultra hoc posuit suam personam et industriam. Et ideo potest dici pro parte sua, quod commodum eius esse debet cuius periculum est. (Dig. Sed et si post insti. de emptr. et vendito). Et qui sentit onus, sentire debet et commodum (c.º. qui sentit de regu iur in 6.º). Nam is qui manet domi quietus, non debet preferri illi qui in periculo laborat, cum sit regula ut succedat in onere qui substituitur in honore (c.º. rationi de regu iur. in 6.º unde tex. insti. de societate .Dig. de illa sana). Ait quia sepe quorundam ita preciosa est opera in societate, ut iustum sit conditione meliori in societatem admitti; nam ita communi societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat alter non conferat, et tamen lucrum inter eos commune sit, quia sepe opera alicuius pro pecunia valet (et idem habet L. s. .Dig. p.ª. .ff. pro socio). Unde potest vere dici quod in hoc contractum intervenit precium, et quod fuit quedam venditio et non privilegium, et in tali casu nullo modo potest revocari (secundum Feli. in c.º. que in ecclesiarum de consti. 17.ª col. vers. 2.º confirmatur n.º. si).

Et sic concluditur quod, cum salva superioritate, Almirans sit eque meritis pro parte sua, sicut dicti Reges pro suo dominio //54// et pro suis novem partibus, quod non est dicendum fuisse nec esse nocivum dictus contractus, sed nimium utilem, cum in manu Almirantis fuit dare alteri id totum quod dictis Regibus dedit; et per consequens patet quod non possunt dicta privilegia revocari nec modificari, presertim pendente lite (secundum Inno. in c.º. olim de verb. signi fo. 222. n.º. 2.º). Imo nec est iam locus declarationi (iuxta non. per Doc. in L. signis intentione .ff. de iudic. et in L. inter stipulantem .Dig. p.ª. .ff. de verb. oblig. et tenet expresse Feli. in c.º. novit 9. col.), maxime quod nunquam nostri Reges voluerunt revocare aut modificare dicta privilegia, imo semper commiserunt quod fiat iustitia, quia Principum beneficia decet esse mansura (de regu. iur. in 6 et c.º). Decet et contractus qui transivit in legem, ut iste est, non poterit revocari. Sicut non revocatur lex que transivit in contractum (Bar. et Alex. in eius additionibus in L. quod semel de decret. ab ordi. faci. et idem Inno. c.º. novit de iudiciis).

CAPITULATIO

Cum ex privilegiorum robore et firmitate constet firmitas et perpetuitas Capitulationis, quia fundata super eam fuerunt, nihilominus, quia ex parte fisci allegatur contenta in hac capitulatione non esse perpetua neque ad heredes transitoria, nisi quoad primum caput, ubi et sit mentio de heredibus, volumus ostendere non solum pro primo Almirante, sed pro eius successoribus, in perpetuum, fuisse concessa omnia que in ea continentur.

//55//Primo enim si equiparamus eam contractui stipulationis, quia precessit petito et interrogatio ex parte Almirantis et subsequa est responsio ex parte Regum, per quod patet fuisse stipulationem (ut in L.p.^a in prin. et in L. 5.^a .Dig. stipulatio ff. de verb. oblig.). Recte transit ad heredes etiamsi de eis cautum non sit (ut in L. stipulatio ista .Dig sicut autem .ff. de verb. obl. et in L. veteris C. de contrahen. et comitt. stipu. et ibi Bal.). Ubi dicit textualiter quod in stipulationibus affirmative conceptis, sive sint dandi, sive faciendi, sive mixte, supervacue fit mentio heredum. Imo si in conventionem apponatur dictio taxativa ex parte creditoris vel debitoris, dispositio habet locum in eorum heredibus. (per tex. singul. et ibi exemplum in L. si necessarias .Dig. de vendendo .ff. de pigno actio).

Preterea quod iuris est de aliquo, est etiam semper de eius heredes, licet de eo non sit facta aliqua mentio (per tex. non. et ibi Paul. et Alex. in L. postulante in prin. .ff. de trebell.). Presertim, quod si concedentes voluissent quod non transiret ad heredes, expressissent dicendo: «concedimus pro te tantum vel pro tua vita aut pro tempore nostre voluntatis», aut apponerent simile verbum personam respiciens (secundum Doc. in c.^o fi. .Dig his autem de off. delega.). Sed cum hoc in dicta Capitulatione factum non fuerit, certum est quod stipulatio transit ad heredes, ut supra, et si aliquid in verbis esset dubium, debet interpretari contra ferentem (L. veteribus .ff. de verb. L. labeo scribit ff. de contrahen. empt. L. si arborem .Dig. hec lex et ibi Bar. de servitu. urb. predio.). Et obscuritas debet nocere ei qui fundat intentionem suam in verbis obscuris (secundum Bal. eadem L. veteribus.).

Item si dicimus dictam capitulationem non fuisse stipulationem//56//sed pactum, nihilominus transit ad heredes, etiamsi de eis non fiat mentio, quia sufficit quod non sint excepti ad hoc, ut dicantur inclusi iuris presumptione (per tex. singu. in L. si pactum .ff. de proba.). Presumit enim ius quemlibet ita velle heredi suo, quod videre sicut sibimet (ut L. si necessarias .Dig. de vend. .ff. de pigno act). Ex quo dicebat Bal. in d.l. *pactum quod pactum non presumitur in dubio personale sed reale et transitorium ad heredem ad idem est.* (L. iuris gentium .Dig. pactorum .ff. de pact.). Ubi texta Bartholi et Doctoris dicunt quod plerumque persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstraretur cum quo pactum factum est, ut in nostro casu (et idem in L. qui in futurum eo ti. et L. si sic. La magna .ff. de verb. oblig.). Maxime quod quando pactum est celebratum cum Principe, semper censetur reale quia habet vim legis (secundum Bar. et Bal. in L. donationes quae C. de dona. inter vi. et uxo. ut in L. cesar .ff. de public.).

Si autem dicatur dictam Capitulationem non fuisset stipulationem nec pactum, sed contractum innominatum, nihilominus esset transitorium ad heredes (ut in L. p.^a et L. quoniam C. rer. permut.), et per omnia iura que allegata sunt

super validitate privilegiorum, ubi probatum fuit contractum onerosum rescindi aut modificari non posse.

Imo si diceremus dictam capitulationem fuisse Principis concessionem, etiam erat transitoria ad heredes, quia beneficia Principis decet esse mansura (ut in regu decet. De regul. lu. in 6.^o), et latissime sunt interpretanda contra concedentem (ut L. Beneficium .ff. de consti. princi. et L. si quando la p.^a. C. de bon. vacan. li.10.^o). Quin imo, si esset temporalis, resolveret //57//in perpetuum tamquam facta de re sterili et incognita (per tex. singu et ibi Bar. et Jo. de Pla. l. 9.^a cumque la 2.^a c. de om agro de B. li 11.^o).

Imo, si dicamus fuisse privilegium, est transitorium ad heredes, quia dicta Capitulatio non est facta contra ius commune (c.^o. privilegia 3.^a dist.), sed secundum ius, aut preter ius, et ideo resolvitur in beneficium, et est transmissibile (secundum Alex. in L. quia tale .ff. solu matrimo p.^a. col. vers unde pe. et cy.).

Presertim, quia concessio nostra fuit realis et sine temporis prefontione, que censetur esse perpetua et ad heredes transitoria (per eundem Alex ea l).

Neque obest dicere quod officia concessa non erant huiusmodi nature, ut essent ex sui natura transmissibilia, nam respondemus quod ad condendum istam obstantiam, Reges concesserunt particularia privilegia pro eis, ut visum supra fuit de Privilegio Granate et Privilegio Barchinone datis.

Quin imo, ex qualitate personarum concedentium et recipientis iudicatur transitoria ad heredes dicta Capitulatio (secundum Bar.in L. p. .ff. de servitu lega. et Matea in L. sordidoque C. de excusat mane. li 10.^o), precipue interveniente servitii magnitudine (per Bal. in c.^o p.^o. .Dig. notandum 2.^a col de his qui feud. dare possunt). Et quando privilegium non transit ad heredes, intelligitur ad extraneos et non ad suos descendentes ut voluit (glo. in L. ex pluribus .ff. de administra. tutor et L. assiduis .Dig. exceptis C. quia potio in pigno habe. et Bal. in una 3.^o col et Paul de Cast. p.^a. col eadem L.c. de prius dotis).

Preterea, cum in dicta Capitulatione fiat expressa mentio heredum, non est dubium quod non cohereat persone (secundum Cy. et Bal. in L. quisquis La p.^a. C. de episc. et clar et retrus.//58//de Ancharr in c.^o cui de off deleg.li 6.^o).

Nec obest dicere quod facta fuit dicta heredum mentio solum in primo capitulo, nam ultra hoc, quod filius censetur persona patris (ut late per Lydo Rom. in l. p.^a.ff.de in ius vocand. per tex. in l. sciendum .Dig. legati .ff. delegation), aperte intelligitur facta repetitio heredum in capitulis sequentibus, quia clausula in principio alicui dispositionis apposita, porrigitur ad sequentia et in omnibus censetur repetita, ubi hoc expostulat aliqua dictio repetitiva ut est: «Item» «Otroso», que in dicta capitulatione fuerunt apposite in principio cuiuslibet capituli (secundum Bar. in l. si tibi pure .ff. delega. 3.^o et in l. si ita stipulatus .Dig. Chrysogonus .ff. de verb. oblig. et per glo. et Doc. in l. p.^a. C. de lib. preterit. Neque oberit tex. in c.^o cum dilecti de donat.). Quia habet plures intellectus et ideo non nocet (ut voluit glo. in c.^o p.^a. de consti. li. 6.^o), vel quia loquitur de clausula apposita in fine, secus est si apponatur in principio (ut in L. Si quis exurgenta et ibi Bar. .Dig. si initium tabul. .ff. de edend. et idem Bar. in l. quisquis. .ff. delega 3.^o vel ideo in d. c.).

Cum dilecti clausula non extenditur ad alia capita quia restringeret Principis donationem, et quia ibi clausula erat odiosa, secus autem in favorabilibus (ut in reg. odia li. 6.^o et l. cum quid .ff. de lib. et post. su.), presertim quod illic constabat de voluntate donantis, qui obstabat donationi, quod in casu nostro

cessat, in quo non solum constat de voluntate volentis concedere pro heredibus, sed etiam ipsa verba illud sonant cum in 3.º capite ubi dicunt: *aya y tome la decima parte para si mismo y haga della su voluntat*, que verba denotant quod res transeat ad heredes et ad quoscumque alios ex dispositione donatarii

//59// (ut probatur in L. 2.ª ti. de las donaciones fore legum li. 3.º et in l. 9.ª eo ti. 5.º ordinamen), ubi expresse habetur quod donatio Principis est perpetua et transit ad heredes, et donatarius de ea potest ad libitum disponere, dum textus dicit: *haga dellas lo que quisiere asi como de las otras cosas suias*, et in L. fori habetur *haga dellas su voluntad*, quem admodum exprimitur in capitulatione nostra. Verum si fuisset personalis concessio, non loqueretur de ipsa decima, sed de fructibus eius, quod magis patet dum dicit: *quedando las nueve partes para sus Altezas*, nam quoties una determinatio respicit plura determinabilia, debet intelligi prout ea potest determinare equaliter (ut in L. iam hoc iure .Dig. sed si aliter et ibi Bar. .ff. de vulg. et pupillari).

Neque rationi consonum cuique videri potest quod voluisset Almirans providere sibi soli et non filiis, aut quod voluisset dimittere eis officia sine redditibus (ut L. Lucius .ff. de hered. insti. et glo. et Doc. in l. si tibi .Dig. si pactus .ff. de pact. et in l. quod dicitur .ff. de verb. obli. per Bar.), quod aperte patet in principio confirmationis, ubi omnia petit sibi et filius confirmari et per Catholicos Reges illi et filiis suis in omnibus et per omnia confirmatur, et de novo faciunt dictam gratiam, et sic non est opus coniecturis (ut in L. Continuus .Dig. cum ita et in l. quidquid astringende .ff. de ver. oblig. et in l. ille aut ille .ff. de legat 3.º). Quia qui totum dicit nihil excludit (ut in L. a procuratore C. mandati). Maxime quod in omnibus in quibus fuit patri adimpleta, fuit etiam filio per varia//60//rescripta et plurimas cedulas Regum Catholicorum asserentium quod omnia debent filio custodiri sicut custodita fuerunt patri eius, et sic etiam fuit per sententias et declarationes et per nova rescripta confirmatum.

Quapropter, ubi constat de mente donantis non agitur ex confirmato, sed censetur nova concessio (per Inno. et Doc. in c.º. dudum de decimis et c.º. inter delectos de fide instru. et per Bal. in l. bonorum p.ª. col. c. qui admitti et Bar. Alex. Jaso. in l. et quia .ff. de iuris de om. iud.). Presertim quando fit cum clausulis de motu proprio, et certa scientia, et plenitudine potestatis (ut hic per Bal. in c.º. ex parte de consti. et in l. nominationes C. de apell.).

Neque obest dicere quod, cum in Capitulatione fiat mentio de heredibus in primo capite et non in aliis, quod etiam in confirmatione debent singula singulis referri, nam sicut in capitulatione per iuris presumptionem, ut visum est, omnia extenduntur ad heredes, sic etiam in confirmatione et in nova concessione. Maxime quod officia transiverunt ad heredes, multo fortius transibunt redditus, nam valet in concessionibus argumentum de maiori ad minus (secundum doc. in c.º. at si clerici .Dig. de adulteris de iudic. per tex. in c.º. per venerabilem qui filii sit leg.).

Presertim quod cum nullum verbum negativum vel exclusivum heredum habeatur in dicta Capitulatione, non poterit intellegi in confirmatione, nam in illo casu habuisset locum dicta allegatio quod referantur singula singulis, sed alias non, cum in dicta confirmatione predicti reges dicant//61//quod confirmant dictam Capitulationem et omnem gratiam in ea contentam prefato Almiranti quam suis heredibus et successoribus, et petitorium in eadem confirmatione dicit illud idem dum dicit: *Nos suplicastes y pedistes por merced que porque*

maior e mas cumplidamente vos fuese guardada la dicha carta de merced a vos e a vuestros hijos e descendientes, vos la confirmasemos etc

Et reges subdunt: *tovimos lo por bien*, et paulo post dicunt. *confirmamos y aprobamos para agora y para siempre jamas a vos el dicho don Cristoval Colon, e a los vuestros fijos, nietos e descendientes de vos y dellos, e a vuestros herederos la sobredicha carta suso encorporada y la merced en ella contenida*

Preterea in dicta confirmatione habentur illa verba. *y vos vala e sea guardada a vos e a vuestros descendientes en todo y por todo etc* Que quidem verba latine sonant in omnibus et per omnia, et important omnem substantiam et qualitatem prioris privilegii (per tex. sing quem ponderat Ang. in l.2.^a .Dig. furiosus .ff de iure codicill. et ad idem est tex in c.^o. fundamenta post medium de electi in 6.^o. et in clem. exivi de paradiso de verb. signi). Que verba, etiam si geminata non essent, operarentur ut per omnia censeretur facta confirmatio (ut in L.p.^a. et que ibi notantur per Iasso .ff. de lega.p.^o).

Nam si dictum sensum et effectum dicta verba non importassent, frustra dicta dicta confirmatio facta fuisset pro heredibus, quia si dicunt quod confirmabatur illis officium Almirantis, respondeo quod non indigebant hac confirmatione, quia per particulare privilegium fuit illis eadem die confirmatum et bis antea//62//per alia duo privilegia, videlicet per privilegium Granate et Barchinonie fuerat illis concessum.

Quin imo, si esset verum ille sensus ex adverso allegatus, dixissent Reges in confirmatione: «confirmamus tibi et heredibus ea que unicuique vestrum concessa sunt», vel dixissent hoc: «confirmamus tibi et hoc illis», et non dixissent: *confirmamus tibi et illis dictam capitulationem*

Quapropter, cum iura, et ratio, et mens concessorum et contrahentium hoc affirmant, temerarium est per astutam quamdam interpretationem, quod ex se est manifestum, velle cavillari

Como por parte del fiscal se alegue que los privilegios del Almirante no tienen validez, sucintamente responderemos a sus argumentos para que, una vez demostrada la validez de los susodichos privilegios, quede claro que todas las cosas que pide por virtud de ellos el dicho Almirante han de ser cumplidas por sus Majestades Reales

<PRIMER PRIVILEGIO>

En lo que toca al primer privilegio concedido en la ciudad de Granada antes del descubrimiento de las Indias, dicen que no tiene validez sobre todo por tres argumentos:

En primer lugar porque en él los Reyes Católicos dieron la jurisdicción sobre las dichas Indias, la cual, al ser entonces de otro, no podían darla.

En segundo lugar porque la ley de Toledo obsta a que esta concesión de jurisdicción sea legítima.

En tercer lugar porque no pudieron arrebatarla a los mismos indios con justo título y sin pecado, a no ser con una concesión previa del Sumo Pontífice.

Pero este aserto lo refutaremos por cuatro caminos, mostrando que es un alegato falso, infame, no admisible e inútil

En primer lugar, en lo que toca a la falsedad, es manifiesto que la dicha donación que hicieron al Almirante los Reyes Católicos, aunque fuera sobre cosa ajena, no fue simple, sino bajo una condición: *después que las descubrierdes*, y las condiciones de tal concesión valen de derecho y obligan al que las promete. (1-1). Y no puede decirse que, aunque las donaciones y los contratos del futuro y de una cosa ajena obliguen y se confirmen por la llegada del señorío (1-2), // sin embargo esto no tiene lugar en la jurisdicción porque el ejercicio de la jurisdicción no viene al delegado sin la toma de posesión del legatario, ni siquiera por la llegada del señorío al legatario puede ser confirmada la jurisdicción delegada, si en un principio no tiene validez. (2-1).

Pues a esto respondemos que es falso por una escritura (2-2) donde fue hecha donación de futuro y de una cosa ajena, relativa al castillo de Corvera, y por la llegada del derecho al donador fue confirmada la donación y la jurisdicción en el donatario, porque en la concesión de un castillo viene la jurisdicción (2-3). Y dicha confirmación de la jurisdicción se prueba expresamente (2-4) porque aunque los hechos pasados no se ratifiquen bien, sin embargo se confirma la delegación con la llegada del señorío, especialmente cuando interviene una confirmación, como en nuestro caso consta que intervino el asentimiento y la confirmación expresa de los Reyes; y son claras las palabras cuando dice: «Pero aunque lo hubiera hecho antes, y hubiese entrado en la provincia en esa

misma voluntad, se ha de creer que el legado parece tener jurisdicción», y así es evidente que la delegación de la jurisdicción se confirma al llegar e señorío o la jurisdicción al que delega (2-5).

Pues Baldo y Doc. //dicen solamente que no se confirma la llegada de la jurisdicción respecto a procesos realizados antes; pero, desde luego, no hablan con respecto a casos futuros y si la misma jurisdicción se confirmare, pues en este asunto expresamente consideran todos que sí, como dice allí textualmente.

Y no empeece si se dice que la llegada del señorío por el Descubrimiento de las Indias no tuvo virtud con respecto a la fuerza de dicho privilegio, porque las leyes de un reino se extienden a los reinos nuevamente adquiridos para sí, y así, en el mismo momento en que las Indias fueron descubiertas quedaron con absoluta claridad, sujetas a la ley de Toledo; ley que prohíbe que los cargos de la jurisdicción puedan ser concedidos en favor de los herederos.

Pues a esto se responde que dicha alegación peca en muchas cosas.

En primer lugar, porque en el tiempo del Descubrimiento de las Indias, dichas Indias no estaban libres por el contrato hecho antes al que ya estaban sujetas, y así la ley no había podido extenderse a éstas porque, según Bártolo (3-1), para que se tenga un asunto por cumplido, siempre en todo acto, se requieren los términos «de quien» y «a quien» dispuestos, libres, y no confusos.

Y si se dice que el contrato era inválido hasta que llegara el dominio de las Indias, y que en el tiempo en que llegó, al punto tuvo vigencia la ley y excluyó el contrato, respondemos que aunque el contrato fuese inválido en cuanto al acto, sin embargo era válido en cuanto a la esperanza, y en cuanto a tener derecho al cumplirse la condición, y así es verdad que aquellas tierras no estaban libres para que, llegando el señorío, pudiese dicha ley tener lugar, y ni los mismos Reyes ni sus sucesores estaban libres para recibir dichas tierras sin aquella carga, //a causa de su promesa de futuro, si es que alguna vez el propio Almirante cumplía la condición que le había sido impuesta; cuanto más por el hecho de que en el momento en que las tierras fueron descubiertas, las leyes de este reino no se extendían hasta ellas. Pues las leyes de un reino se extienden a las tierras nuevamente adquiridas, cuando aquellas fueran devueltas o incorporadas (4-1). Incorporación que no se hace sin muchas ceremonias (4-2), y ciertamente, como se sabe, en nuestro caso, no se hicieron ceremonias, y desde luego, en las actas no hay constancia de algo contrario.

En segundo lugar, decimos que así como habían podido dichos Reyes instituir un mayorazgo acerca de dichas Indias, y darlas al segundo o tercer hijo, o dividir las al menos entre los hijos no embargante la ley de Toledo, y sin que se entendieran incorporadas hasta que hubiese constancia de su acción y voluntad de incorporación, así se ha de decir que las leyes de este Reino no regirán en dichas partes hasta que conste acerca de la incorporación. Antes bien, debía constar la expresa voluntad de los Reyes si querían que rigieran allí las leyes de Castilla y no las leyes de Aragón, porque *para uno y otro reino fueron adquiridas dichas Indias*, y las leyes de Aragón no prohíben que dichos cargos sean allí concedidos a los sucesores. Incluso aunque también lo hubiesen prohibido, los Reyes habían debido expresar, en favor de los reinos recientemente adquiridos, que ellos querían que se rigieran por las leyes de estos reinos (4-3),//, según Alberico, quien considera también que tal extensión de las leyes debe ser entendida sin perjuicios a terceros, y así sin perjuicio de nuestro contrato.

Y así vemos que aunque el reino napolitano fue conquistado, sin embargo no fue sometido a las leyes de este reino. Porque cuando toda la ciudad o un reino es adquirido por la Corona mediante un pacto previo, se guarda el pacto y los contratos, pues a los enemigos se les han de guardar los pactos y la palabra dada (5-1); por consiguiente, tanto más se ha de guardar el pacto y el convenio hecho con el socio de la adquisición, como fue dicho Almirante.

Y se corroboran las cosas dichas porque aquí, cuando entran en conflicto el contrato y la ley, es más justo que se confirme el contrato que el que la disposición de la ley prevalezca por un asunto tan ajeno a la intención de la ley, porque la ley no obliga al príncipe de necesidad, ya que está libre de las leyes (5-2); pero sin embargo el contrato sí obliga al príncipe, según lo que expone ampliamente Jasón (5-3), porque desde luego el contrato tiene fuerza de ley (5-4), cosa que además se comprueba por muchas leyes (5-5).

Entonces puesto que es un contrato, no se puede decir que dicha ley, que por inducción se habría de extender a lo nuevamente adquirido, prevalezca en contra de dicho contrato, que es una ley que expresamente excluye dicha opinión e inducción, concediendo, como concedió dichos cargos.

En tercer lugar, porque aunque se puedan considerar incorporadas, esto sería en cuanto a la parte de los Reyes, pero la parte concedida al Almirante no se incorpora, //porque según el tenor de lo mandado, dicho Almirante descubrió, y las cosas descubiertas fueron adjudicadas a los mismos descubridores, a saber los Reyes y el Almirante, y así lo que le tocó al Almirante fue adjudicado a los mismos Reyes no de otra manera que lo que ellos mismos quisieron adjudicarse por su contrato. Por consiguiente el contrato da ley.

(6-1). Así pues, en el mismo momento en que el Almirante descubría, al mismo tiempo adquiría para sí y para los Reyes, para cada uno por su parte.

Y se confirma además la susodicha jurisdicción por otra fuente de derecho. En efecto, después del Descubrimiento de las Indias, sobrevino a los mismos Reyes la concesión del Sumo Pontífice, que, si como dicen era necesaria para ellos, les causó un nuevo dominio, como de la parte contraria se alega, y por la llegada del tal dominio se confirmó el contrato antes dicho tenido anteriormente con el Almirante (6-2).

Y si es necesaria una confirmación de esta manera, se finge que se retrotrae al tiempo del Descubrimiento y de la conquista de dichas Indias (6-3), porque dicho contrato tuvo en su efecto la fuerza de una sociedad, aunque en el mismo Almirante hubiese, lo que no había, incapacidad de gozar la susodicha gracia o, mejor, la donación del Pontífice, gozaría sin embargo de la merced de los Reyes que sí eran capaces (6-4), porque como el derecho concedido por el Pontífice en las susodichas Indias fuese indiviso, no lo podía adquirir uno sin que lo adquiriese el otro (6-5). Porque, como dijimos ya, los Reyes no eran //libres para adquirir dichas Indias para ellos solos, máxime porque la voluntad de los mismos Reyes fue participar con el Almirante dicha concesión del Papa, como es evidente por tantas confirmaciones que se le hicieron después de dicha concesión del Papa, con demarcación de la raya y los términos contenidos en dicha Bula.

Pero acaso por la parte contraria se diga que, al ser dicho contrato, según ellos, totalmente inútil por la antedicha concesión del Papa, no pudo aprovechar al Almirante, porque por la misma concesión del Papa dichos cargos fueron incorporados a este reino, y, en consecuencia, sujetos inmediatamente a dicha

ley de Toledo, y así la llegada del señorío no pudo confirmar dicho contrato como verdadero.

A este argumento podemos responder con otro igual, a saber, que siendo verdadero que desde la llegada del nuevo dominio se confirman los pactos y las decisiones habidas antes, no hay razón por la que, existiendo una concesión del Papa, no se confirme y tome fuerza dicho contrato del Almirante como dicha ley.

Además, porque parece que se validan dos cosas contrarias desde el mismo acto y en el mismo instante, lo que sin embargo no puede suceder, habrá de afirmarse que es válida solamente una de éstas, y que la otra desaparece en el mismo acto de la jurisdicción de las Indias, es decir, que dicha ley no tiene allí lugar porque no podía prevalecer contra dicho contrato por las razones que se han dicho antes contra la ley antes dicha, y a causa de otras muchas que siguen:

Primero porque dicho contrato tiene con respecto a dicha ley relación de causa a efecto, ya que de la existencia del contrato dependía el efecto de la ley, puesto que la ley presupone aquel, pues sin dicho contrato //no se habrían descubierto las Indias, y así la susodicha ley no las habría podido tener bajo su dominio, así que al tener el contrato prioridad de existencia y de naturaleza, el derecho que le tocara, no debe hacerlo perecer la ley civil (8-1). Y tiene que ser preferido éste cuya causa en la ganancia precede en el tiempo (8-2).

Segundo, porque en las cosas dudosas o ambiguas es preferible que tenga vigor el hecho a que perezca (8-3) y máxime cuando el contrato tiene cargas como éste. Por lo cual, ¿cómo ahora puede haber duda sobre si la predicha ley debe ser extendida a dichas Indias, cosa que no está en el contrato? Porque claramente se dice con justicia: *el contrato no perecerá, sobre todo cuando la ley no sea abolida en lo tocante a las cosas por las que fue promulgada.*

Tercero, porque cuando quiso la ley someter a su dominio dichos cargos, ya estaba el contrato en toma de posesión con buena fe, y así la llegada del señorío por la susodicha concesión del Papa era más favorable a confirmar el contrato a quien encontró en posesión que a dar de una manera nueva fuerza a dicha ley para echar a éste; y así, en tal duda debe juzgarse contra el demandante, que es dicha ley (8-4)

Cuarto, porque por razón de dicha posesión, el contrato no requería para su ratificación nada más que la llegada del señorío, pero para que tuviera fuerza dicha ley se requerían muchas cosas entretanto, a saber: el Descubrimiento de las tierras, y con asentimiento del propósito de poseer, y la posesión real, y la incorporación por actos //públicos y por expresa orden de los Reyes, como arriba más ampliamente se ha dicho.

Por lo cual, requiriéndose tantos trámites para que las susodichas Indias se entendieran incorporadas y unidas de modo que la ley pudiese tener lugar, está claro que con respecto a la validez del contrato no se requiere ninguna otra cosa que la llegada del señorío, cosa que fue confirmada antes que la ley pudiese tener lugar.

Quinto y último, porque aunque de parte del Pontífice nuestros Reyes recibieran entonces libres dichas Indias, no hubieran podido recibirlas entonces, ni quisieron, a no ser con aquella carga de la institución de los cargos, y a nadie se da beneficio contra su voluntad (9-1).

Pero para que no ventilemos durante largo tiempo una cosa tan clara, atendamos al propio Pontífice y a su concesión, de la que aparecerá que aprueba

la primera adquisición de las Indias, y por razón de una obra tan buena, dice que él se movía a la expedición de esta concesión, como consta en muchas ponderadas palabras suyas, aunque sin embargo el Papa no apruebe las cosas que son reprobables y que se hacen de hecho (9-2). Sobre todo, que no solamente no consta que alguna vez los Pontífices prohibieran a nuestros Reyes expediciones de este modo, sino que siempre acostumbraron a hacer en Roma solemnes procesiones cuando tenía lugar alguna victoria

Y si acaso dicen: ¿qué cosa, por tanto, movió al Pontífice a hacer dicha concesión y a los Reyes a pedirla, si no la necesitaban? Respondo que había muchas causas bienintencionadas para moverlos, ya por seguridad de conciencia, ya por la declaración de su justo título, puesto que es propio de buenas intenciones temer a la culpa, allí donde no se encuentra culpa en absoluto, //(10-1) pues, no perjudica demasiada cautela, sino la omisión de cosas necesarias (10-2); sobre todo, para que el Pontífice pudiese más comodamente proveer en cosas espirituales, puesto que a él le compete traer a buen camino a los que se salen de la verdad (10-3).

Y se comprueba que para dicha adquisición de las Indias no necesitaban dichos Reyes de ninguna concesión del Sumo Pontífice porque reserva a todos los príncipes cristianos cualquier cosa que hasta es día adquirieron de las sudodichas Indias, reserva que presupone que todos podían lícitamente haberlas adquirido, y por consiguiente, nuestros Reyes, y así consta que la parte contraria no tiene razón al decir que no habían podido adquirir éstas, o que no fueron válidas las capitulaciones hechas con el Almirante. Pues el que concede el acto, concede los medios sin los cuales no puede conseguirse, y el que quiere lo consecuente, se infiere que quiere necesariamente lo antecedente (10-4).

Incluso expresamente se ha de decir que el Papa quiso reservar, o pareció que había reservado para el mismo Almirante su parte, como también a otros, puesto que la disposición hecha en un caso se prorroga a otro cuando no hay menor razón (10-5). Y en consecuencia, no se puede decir que quitó a aquél el beneficio de la confirmación del contrato por la llegada del derecho de dicha concesión hecha a los Reyes, ni puede entenderse esto, porque no es la idea del Pontífice querer privar a alguien del derecho común, a no ser con una cláusula puesta expresamente para ello (10-6), ni se presume por su respuesta querer inferir daño a alguien (10-7).

//Antes bien, se ha de creer que, si sobre esta causa se hubiese interrogado al Sumo Pontífice, habría juzgado en ésta igual que en un caso semejante juzgó contra el Rey aragonés (11-1), y por tanto lo mismo se tiene que juzgar de acuerdo con la glosa aprobada comúnmente (11-2).

Además porque esta causa nuestra es mucho más favorable, puesto que en aquélla, fue lesionado el *ius post limini* de los Reyes de Castilla, y en ésta nada se lesionó; en aquélla se concedieron, absolutamente, castillos, y en ésta sólo la administración de la jurisdicción; y aquella donación fue hecha por el abuelo del que adquiría, y ésta por los mismos reyes adquirentes; en aquélla se hizo una revocación por el mismo rey adquirente, y ésta fue muchas veces confirmada, aquélla fue hecha en perjuicio de terceros poseedores, y ésta no había sido concedida para nadie, excepto para el propio Almirante; aquélla fue adquirida a costa y misión del Rey aragonés que no quería mantenerse en favor de la donación del abuelo, y en ésta el Almirante puso parte de las costas y con su trabajo e industria fue adquirida. Finalmente en aquélla solamente se

adquirían para los cristianos pequeños castillos, y en ésta fueron conducidos al seno de la Iglesia innumerables infieles y los mas grandes reinos, con ampliación y exaltación de toda la Iglesia.

Y no se puede argumentar contra el ejemplo presentado que es distinto de nuestro caso, diciendo que allí se trataba de recuperar bienes arrebatados por los infieles, y que aquí, sin justa causa, se produjo una afrenta a los mismos Indios y se arrebató su dominio, aunque vivieran en paz y sin daño para nosotros, y aunque la conquista de ellos no competiera a nuestros Príncipes, //o al menos se requiriese para dicha conquista alguna concesión previa del Sumo Pontífice, y así no pudieron conquistar ni con justo título ni sin pecado.

Pues a esto se responde por una cuádruple vía, a saber:

<Primero>, que no todo lo ilícito quita la validez de un contrato y el efecto de las adquisiciones.

Segundo, que la adquisición de las mismas Indias no fue ilícita, puesto que se recuperó de verdaderos enemigos, cosa que a nosotros competía.

Tercero, que el derecho de dichas Indias no competía a ningún tercero.

Cuarto, que dichos Reyes no estaban necesitados de la concesión del Sumo Pontífice.

